
Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]




Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

KK ... 145
171 D 32 1-2
1). CA 871
2) CA 140
1885/409

1). [a b c d e f g h i 10 k 8 l 10 m n o 8]
o8 ontbreekt





Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

Payne & Foss
1829

ALEXANDRI MAGNI REGIS MACED-
ONIAE DE PRAELIIS

An Edition of very great rarity. It is one of the works conjectured by Meermann to have been printed by Ketalaer at Utrecht with the types of Laurence Coster.

HYSTORIA DESTRUCTIONIS TROIAE
PER GUIDONEM DE COLUMPNA.

An Edition printed in the same character as the preceding, but which does not appear to be mentioned by Bibliographers. The two works are in the finest preservation.

Folio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

Gekocht in December 1884 in de auctie John Hayford Thorold, Bart. (from Syston Park)
voor £ 7. 8. – zonder de onkosten.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

171 D. 32/1 [a]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

Incipit prologus ſuꝑ hyſtoria deſtructionis troie
cõpoſita ꝑ iudicẽ guidonẽ de columpna meſſanen̄.

Licet cotidie vetera recentib⁹ obruant nõnulla
tamen iam dudum vetera preceſſerũt que ſic
ſui magnitudine viuaci ſunt digna memoria
vt nec ea cecis morſib⁹ vetuſtas abolere ꝑua
leat nec exacti tẽporis ãtiqua curricula ſopita
taciturnitate cõcludãt. Vigent enĩ in illis pro
geſtoꝝ magnitudine cõtinuata recordia dũ ꝑteritoꝝ ĩ poſteros
ſermo dirigit᷑ et antiquoꝝ ſcripta fideliũ conſeruatricia ꝑmiſſoꝝ
preterita velut ꝑſencia rep̄ſentant et viris ſtrẽnuis quos longa
mũdi etas iam dudum per mortẽ abſorbuit per libroꝝ vigiles
lectiones ac ſi viuerent ſpiritum ymaginarie virtutis infũdunt.
Troiane igitur vrbis exidiũ nulla dignum longeui temporis
vetuſtate detergi vt cõtinuis recordijs ſucceſſoꝝ floreret in men
tibus multoꝝ ſcribenciũ calamus fideli ſcriptura depinxit. Non
nulli enĩ iam eius hyſtorie poetice alludendo veritatẽ ipſius in
figurata cõmenta quibuſdam fictionib⁹ tranſumpſerũt vt non
vera que ſcripſerunt viderentur audientib⁹ ꝑſcripſiſſe ſed pocius
fabuloſa. Inter quos ſuis dieb⁹ maxime auctoritatis homerus
apud grecos ei⁹ hyſtorie purã et ſimplicẽ veritatem in verſuta
veſtigia variauit fingẽs multa que non fuerunt et que fuerunt
aliter trãſformando. Introduxit enim deos quos coluit antiqua
gentilitas impugnaſſe troianos et cũ eis fuiſſe velut viuentes
homines debellatos cuius errorem poſtmodum poete curioſius
inſecuti vt darent intelligi nõ ſolũ homerũ fuiſſe fictionũ auctorẽ
multa deludia ſcribere ꝑſumpſerũt in libris eoꝝ. Unde ouidius
ſulmonen̄ prodigo ſtilo in multis libris ſuis vtrumqꝫ cõtexuit.
Addidit enim multa cõmenta cõmẽtis inter mixtũ veritatẽ eciã
nõ obmittens virgilius in opere ſuo eneydes ſemper pro maiori
parte geſta troilum cũ de eis tetigit ſub veritatis luce narrauit
Ab homeri tamẽ fictionib⁹ noluit in aliquib⁹ abſtinere. Sed vt
fideliũ ipſius hyſtorie vera ſcribenciũ ſcripta apud occidentales

KONINKLIJKE BIBLIOTHEEK 'S GRAVENHAGE

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

omni tēpore futuro vigeant ſucceſſiue ad vtilitatē eoꝝ precipue
qui gramaticā legunt vt ſepare ſciant verum a falſo de hijs que
de dicta hyſtoria in libris gramaticalibꝰ ſunt deſcripta ea que ꝑ
ditem grecū et phrigiū darētē qui tꝑe troiani belli continue in
eoꝝ exercitibꝰ fuere preſentes et hoꝝ que inde fuerūt fideliſſimi
relatores. In preſentē libellū per me iudicē guidonē de colūpna
meſſana tranſumpta legentꝰ ꝓut in duobꝰ libris eoꝝ inſcriptū
quaſi vna vocis conſonancia inuentū eſt in athenis. Quamq̄
aūt hos libellos quidā romanus cornelius noīe ſaluſtij magni
nepos in latinā linguā trāſferre curauerit tamē dū laboraret
nimiū eſſe breuis ꝑticularia hyſtorie ipſius que magis poſſunt
allicere aīos auditoꝝ pre nimia breuitate indecenter omiſit. In
hac igitꝰ ſerie libelli totū inuenietꝰ inſcriptū quicquid de tota hyſtoria
vniuerſalitꝰ et ꝑticularitꝰ geſtum fuit que fuit origo inimiciciaꝝ
et ſcādali que aduerſus phrigios grecia concitauit vt appellacōe
grecie nō magna grecia ytalia videlicet vt voluerūt nōnulli de
beat cōprehendi dicētes aduerſus troianos et magnā greciā .i.
ytaliā quā appellamꝰ hodie romaniā cōfluiſſe cū parua grecia
ſcilicꝫ ſola licet paucis alijs ſibi adiūctis venerit expugnatura
troianos ꝓut ipſiꝰ hyſtorie ſeries ꝑ ea que infra legentꝰ apcius
demonſtrabit. Hic ergo ſucceſſiue deſcribetur in ipſa quot et qui
reges et qui duces grecoꝝ armata manu et quot nauibus ſe in
predictū exercitū cōtulerūt quibꝰ armoꝝ inſignijs vſi ſunt. Qui
reges et duces in troiane vrbis defenſionē aduenerūt quāto tꝑe
fuerit ꝓtractata victoria quociens bellatū extitit et quo āno quis in
bello ceciderit et cuiꝰ ictu de quibꝰ omnibꝰ ꝓ maiori ꝑte corneliꝰ
nichil dixit. Supeſt ergo vt ad eiꝰ narracionis ſeriem accedatꝰ.

Incipit liber primus de peleo rege theſalie inducente iaſonem vt ſe conferat ad aureū vellus habendum. I.

IN regno theſalie de predictis ꝑtinencijs romanie cuiꝰ
incole mirmidones dicti ſunt qd nos hodie vulgari de
noīacione ſaloniciū appellamꝰ regnabat tūc temporis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

rex quidam iuſtus et nobils nomine peleus cum eius conſorte
thetide nũcupata ex quoꝝ matrimonio ꝓceſſit vir ille tã fortis
tã animoſus tã ſtrẽnuus denoĩatus achilles. Hos mirmidones
illi qui dicere voluerũt magnã greciã ideſt ytaliã in troianoꝝ
exidiũ aduenisse apruanos eſſe dixerunt. Gens quedã videlicet
que in regni ſtalie finibus habitabat conſtituta. Unde ꝓuincia
illa apruanũ dicta eſt. et ciuitas thetim que in ipſa prouĩcia ſita
eſt a predicta thetide nomẽ aſſerunt aſſumpſiſſe. Sed dicentes
ſic perhibẽt̃ errare. cum mirmidones habitatores theſalie nũcu
pentur quoꝝ dominus poſt obitũ regis pelei patris ſui natus
achilles in troiano bello multa cũ eis miracula bellicoſa pegit
ſicut de eis teſtatur ouidius eoꝝ originem fabuloſe cõmendans
Dixit enĩ hos mirmidones in .xiiij. methamorphoſeos fuiſſe for
micas ad preces regis theſalie dijs porrectas in hoĩes trãſfor
matos dũ diebus illis totum vulgus regni theſalie incũbente
quadam letifera infirmitate finaliter deceſſiſſet ſolo illo rege ſu
perſtite qui dum in quodam nemore iuxta radices cuiuſdam ar
boris adheſiſſet inſpectis ibidem ĩnumerabiliũ formicaꝝ diſcur
rentibus aciebꝰ in homines redigi ſuppliciter poſtulauit. Et in
legenda beati mathei apoſtoli mirmidones habitatores eſſe the
ſalie in qua idem apoſtolus aliquãdiu moram traxit apte mon
ſtratur. Hunc autẽ regem peleum deſcribit in hyſtoria quendã
habuiſſe fratrem eſonem nomine ſibi ex vtroqꝫ parẽte cõiunctũ
et eiꝰ in etate maiorem. Qui dũ longeue etatis ſenio grauaret̃
ſeipſũ vix regere poterat. Et ideo regni theſalie gubernaculis
ĩutilis et longa ſenectute confractus renũciauit et ceſſit regni
moderamĩ peleo fratri ſuo poſt cuius pelei regimẽ eſon legitur
per tempora longa vixiſſe ita vt eo multa ſenectute defecto eiꝰ
oculi caligarent et eiꝰ vigor corporeus pre nimia tabeſceret ſe
nectute quẽ dixit idem ouidius ĩ eodem libro methamorphoſeos
poſtmodũ in iuuẽtutis flores et iuueniles potencias renouatũ
ita ꝙ de ſenili vmbra factus ãniculus medicinali cura et artifi
cioſa virtute medee dequa medea infra ꝓxime hebendus ẽ ſermo
Ex hoc igit̃ eſone ſuperat quidã natus iaſon nomine vir fortis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

et ſtrēnuis et iuuenis nimium ſpecioſus modeſtus largus affa
bilis tractabilis pius et omni moꝝ venuſtate choruſcus. Hunc
theſalie primates et nobiles hunc plebei tenere dilectionis af
fectu pro ſuarum virtutū excellencia ſunt amplexi non minus
ꝙ regem peleū venerantes. Erat et idem iaſon non minus obe
diens regi patruo ꝙ eſſet patri ſi vegeret nec erat moleſtus illi
ſed omni ſubiectione deuotus licet peleus ſceptro theſalie poti
retur. Eadem igitur relacione non ſibi rex peleus reſpondebat
quē licet ſignis extrinſecus eum ſibi carum eſſe monſtraret. Ar
debat tamen et fluctuabat intrinſecus ne in virtute ſua et in
tanta affectione ſuoꝝ quā ſui erga ipſum habebāt Jaſon eum
theſalie regni dominio ſpoliaret. Longe igitur in mente ſecum
ſeruauit ardorem quem ſagaci ſtudio tegere nec actu aliquo pu
blicatus euagari poſſet extrinſecus diu per fatigabilem tolle-
ranciā eſt conatus Quare inquiſiuit in corde ſuo viaꝝ ymagi
nata propoſita quibus poſſet iaſonē perdere abſqꝫ ſui ſuggilla
cione pudoris. Tandem de re mirabili diebus illis per plurima
mundi loca loquax fama auribus plurimoꝝ intonuit quod in
quadam inſula dicta colcos vltra regni troiani cōfinia verſus
orientalem plagam quidā aries habebatur cuius vellus erat
aureum vt fame preconiū perhibebat. In hac igitur inſula reg
nare dicebatur rex quidā oetes nomine vir potens et diues ſed
etate prouectus. Hunc aurei velleris arietem deſcribit hyſtoria
cuſtoditū fuiſſe mirabili cura et ſtudio dei martis cuius in cuſto
dia boues quidam deputati fuiſſent vrentes flāmas ex ore vo
mentes. Si quis igitur hunc aurei velleris arietem optaret ha
bere cum hijs bobus neceſſe habebat inire certamen et ſi eoꝝ
victoria potiret̃ oporteret eos boues ip̄os deuictos iugo ſubicere
et eos cōpellere aratro terrā vertere in qua erant. Item deuictis
bobus ipſis et arare coactis iterū neceſſe habebat inquendam
draconem ſquamis horridū et flāmas igneas exalantē irruere
ipſumqꝫ bello cū ipſo cōmiſſo perimere et eo perempto dentes a
faucibus eiꝰ euellere et euulſos ſerere in predictā terram a bo
bus aratam. Ex huius agri ſemine ſeges mirabilis pullulabat

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

nam ex draconis dentibꝰ ſtatī quidā armati milites naſcebātur
fraternū bellū inter ſe illico cōmittentes qui ſe per mutua vul
nera perimebant. Per hec ergo periculoſa diſcrimina et non per
alios tramites poterat predictū aureū vellus haberi ac omībꝰ
volentibus predicta ſubire certamina rex oetes liberū faciebat
aditum exhiberi. Quāq̄ enim ſic de aurei velleris ariete dictaret
hyſtoria. Aſſerentes tamē vera de eo aliter ſunt teſtati. Dixerūt
enī regē oetem cumulū theſauri magni poſſediſſe et poſſeſſum
cuſtodie traditū memorate per incantacionū tamē figmenta et
artes mathematicas conſtitutas. Huius enim theſauri cumulū
ꝑ mundanā ingluuiē et auaricie cupiditatē que omniū maloꝝ
eſt mater multi ſtrēnui ſibi querere voluerūt. Sed īpugnātibꝰ
incantacionū noxijs non theſauri compendia ſed finalis ſibi
necis diſpendia queſiuerūt. Vt igitur de aureo vellere ad regē
peleum fama peruenit tāto diſcrimine queſituro ſtatim curioſū
ad illud erexit animū diligenter attendens qđ tuciori via et ſine
ſui pudoris labe nō poſſet tradere iaſonem facilius ad ꝑdendū.
Aſſumpſit ergo propoſitū qualiter iaſonem hortaretur vt in ſue
virtutis ſtrēnuitate iuuenilit̄ cōfidens ad aurei velleris queſtū
volūtarie ſe cōferret. Decreuit ergo in celebriori ciuitate theſalie
ſolempnem curiā celebrare ī qua multitudine baronū et militū
nō modica cōfluente curia ipſa triduo ꝑdurauit. Tercia die rex
peleus vocatū ad ſe iaſonem in preſencia dictoꝝ nobiliū ſic allo
cutus eſt dicens. Satis quidem glorior care nepos de dn̄io regni
thelſaie tā excelſi ſed multo pocius me reputo glorioſum de tāti
ſtrēnuitate et habilitate nepotis. cū tua virtutis excellencia vici
ne prouincie ipſiꝰ facti teſtificacione cognoſcant et ea fama ve
riloqua relacione cōtinua predicet in remotis. Es enim theſalo
nicēſis regni et mei pocius honor et gloria cum te ſalua regnū
theſalie timeatur ab omnibꝰ et te vigente nullus apparere au
deat inimicus. Porro virtutis tue gloria in ſublimi me poneret
ſi aureū vellus quod oetis regis potencia tenet incluſum te po
tente in regni mei clauſtra poſſet adduci ꝙ per te non ambigo
ſatis de facili fieri poſſe ſi laboris animū animoſus aſſumeres

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

et oracionis mee precepta nō obduceres exequenda. Que ſi per
ficiēda decreueris tibi ſingula viatica neceſſaria parabuntur in
apparatu maxīo et comitiua multoꝝ quos de melioribus regni
duxeris eligēdos. Acquieſce ergo verbis meis et hoꝝ mandatoꝝ
meoꝝ operariū te exhibeas gracioſum vt in conſpectu meo de ce
tero maioris delectacionis appareas et de tue ſtrēnuitatis fama
leteris et maiores apices ſublimari nec erit expers a magne tue
vtilitatis cōpēdio efficax labor tuus. Nā veris pollicitacionibꝰ
et non fictis te certū efficio ꝙ me deficiente te heredem futurum
in regno theſalie ſtatuam et me viuente nō minus mei ipſius
regni dominio pocieris. Intellectis igitur a iaſone omnibus et
ſingulis que in tantoꝝ preſencia circūſtanciū rex peleus ꝓtulit
gaudio exhylaratus ē multo nō attēdens inſidioſas regis aſtu
cias et eius doloſitatis latebras nō aduertēs. Ratus que dixerat
de pure regis cōſciencie cellula proceſſiſſe pocius in ſui honoris
incremēta ſublimia ꝙ̄ in ſue detrimenta ꝑſone. Confiſus ergo
de ſue ſtrēnuitatis audacia nec reputans impoſſibile ſibi eſſe ꝙ
regis fallax auiditas expoſcebat regis mandatis ſe pronū gra
tanter exhibuit et ſe īfallibiter impletuꝝ expoſita cum omni de
uocione promiſit. Letificatus igitur peleus ad grata ſui reſpōſa
nepotis indicte curie finem impoſuit appetens exequi vota ſua
poſt promiſſa predicta quibus fortunam alludere iam preſenſit.
Conſiderans ergo ꝙ colcos inſula mari circundata adiri nō po
terat niſi cum nauigalibꝰ aptis ad maris diſcrimina ſuſtinēda
iuſſit ad ſe vocari de regno theſalie quendā fabrum argū noīe
lignoꝝ artificij multa diſcrecione vigētem. Qui ad regis iuſſū
mire magnitudīs quandā nauē multa cōgerie lignoꝝ extruxit
que de ſui actoris nomine proprio vocata eſt argon. Hāc quidā
aſſerere voluerūt primā nauim fuiſſe que primo velis īſtitutis
adire loca remota p̄ſumpſit. Et ideo quālibet nauī magnā que
trāſmeare maria velis dicit͛ eleuatis argō gramatici vocauerūt
Parata igit͛ naui p̄dicta et īmiſſis in eā ſingulis habundanter
que cauſa nauigacōis expoſcit multi nobiles de theſalia multa
ſtrēnuitate conſpicui cum eodem iaſone ingrediuntur in ipſam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

Inter q̊s fuit ille vir vere fortiſſimꝰ et fortis hercules nūcupatꝰ
natus vt ſcripſere poete ex ioue et almena amphitōnis vxore.
Hic eſt ille hercules de cuius incredibilibꝰ artibus per multas
mundi partes ſermo dirigit͛ qui ſua potencia infinitos gigātes
ſuis tēporibꝰ intemit et in vlnis proprijs eleuatū intollerabili
ſtrictura fortiſſimū confregit antheum. Hoc ſi credere dignū eſt
intrepidus portas adiuit inferni et cuſtodē eoꝝ canē tricerbeꝝ
violenta manu ab illis extraxit quē tāta pulſione perdomuit et
madefactus totus ſui veneni ſpuma digeſta qui per vomitum
multas mundi partes infecerit letiferū aconitis ſed quia ſuoꝝ
actuū longa narracione poetaꝝ longa expectacione animos au
ditoꝝ abſtraxit iſta de eo ſufficiant tetigiſſe cum et rei veritas in
tantum de ſua victoria acta per mundū miraculoſe diuulget qđ
vſqꝫ in hodiernū diē vſqꝫquo victor apparuit columpne herculis
teſtentur ad gades. Ad has columpnas magnus macedonius
alexander regis philippi filius qui et ipſe de ſtirpe regū theſalie
que macedonia ſimiliter dicitur fuit productus ſubiugando ſibi
mundū in manu forti legitur pueniſſe. Vltra quas non ē locus
adibilis cum ibi ſit mare magnū occeanū videlicet ꝙ anguſtū
locum ibidem per mediū gremiū terre noſtre ſeipſum infundens
mediterraneū nobis mare conſtituit per intrinſecas mūdi ptes
a nobis nauigabile vt videmꝰ. Qđ licet ab ipſo loco infuſionē
recipiant effuſum littoribus ſirijs clauditur in quibus ciuitas
acon noſtros potiſſime recipit nauigātes. Hunc locum anguſtū
a quo primū hoc mediterratū mare dilabitur noſtri hodie naui
gantes ſtrictum ſibile nominăt. Et locus ille in quo predicte co
lumpne herculis ſunt affixe dicitur ſarracenica lingua ſaphia
a quo non ſufficiat vltra ire. Obtenta ergo a rege peleo iaſon
nauigandi licencia noua ſulcat maria cum hercule et ſuis com
plicibus nauis noua cuius vela dum ſecundus ventus imbuit
et eius inflat afflatus loca theſalie cognita deſerit valde cito
et ad incognita maris loca cicius diſſilit velociſſimo curſu ſuo.
Multis itaqꝫ diebus ac noctibus nauigantibus illis ſub ductu
theſalici philote eis diſcrete natantibꝰ ſtellaꝝ curſu viſibilium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

exiſtenciū iuxta polum maioris vrſe videlȝ et minoris que nūq̄
occidunt cum angue vicino ſcd̄m poſita poetaꝝ cum ſtellā illā
quā nauigantes tr̄mōtanā appellant. Poete dixerūt eſſe ſtellā
extremā poſitā in cauda vrſe minoris et maiorem vrſam naui
gantes ipſi grecū nominant et anguē dicunt eſſe magiſtrum de
quibus vrſus maiori ſcilicet et minori ouidius in ſecundo iuxta
methamorphoſeos fabuloſe cōmemorans dixit caliſtonā et ar-
chadem filiū ſuū has mutatas in vrſas. Vocant̄ eciā hec ſtelle
ſeptemtonales ſtelle cū ſint ſeptē iuxta axē de q̇b⁹ iuno ſic dixit.
Nuper honoratas ſummo mea viſcera celo. Videritis ſtellas
illuc vbi circulus axem. Vltimus inuoluit ſpacioq; breuiſſim⁹
ambit. Ac nos ſi leſe tangit contemptus alumpne. Surgite
cerulee ſeptem prohibete triones. Nouerat enim philetes ſtel
laꝝ curſus et motum ſi aliquis eſt illis tamq̄ ille qui nauiga
cionis erat multū expertus et ideo aura ſecūda ꝑflante tam diu
recto remige nauigauit donec ad horas phrigias regni troiani
videlicet ꝑtinencias noua nauis applicuit in portū ſcilicet qui
tunc dicebatur ab incolis ſymeonta.

De grecis applicantibus in ꝑtinēcijs troie et de laumedōta
rege licenciante iaſonem et herculem de locis illis. ij.

Greci autē maris fatigacione laſſati vt ꝑuenerūt ī terrā
in ipſam diſcēdere quietis cā ſicienti animo moliūt̄ et
deſcendētes ibidē recentes aquas a fontib⁹ hauriūt et
ibidē maioris refrigeracoīs gracia morā ꝑ dies aliq̊s ſtatuerūt
nō vt incolis moleſtiā inferre diſponerēt nec nocuis diſpendijs
eos ledere aliquaten⁹ attēptarēt. Sed in vita fatoꝝ ſeries que
ſemꝑ quietē viuētib⁹ ē moleſta ab inopinatis īſidijs ſine cauſa
inimiciciaꝝ et ſcandali cās traxit. Propter quas tante cladis
diffuſa lues orbē terraꝝ infecerit vt tot reges et principes belli
coſa nece ſuccūberent et tāta et talis ciuitas q̄lis extitit magna
troia vīſa fuiſſȝ ī cinerē tot viduatis mulierib⁹ viris ſuis orbatis
parētib⁹ tot pueris et puellis et demū iugo ſeruitutis addictis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

Quāuis enim grecia inter tot grandes anguſtias poſita fuiſſet
eius tantē victorie preciū per tempora longa deleuit iniuria.ſ.
ſue gentis et nece et ſuoꝝ exterminio melioꝝ. Sane ſi dijs tot
mala grata fuerūt primordialis cauſa tamen nulla tam leuis
animos non īmerito ꝑturbat humanos vt pro culpa tante acer tā leui
bitatis pena meruiſſet infligi niſi benigne forſitan diceretur vt
precedentis mali congeries eſſet boni edificacio ſubſequentis cū
ab hijs malis per troie caſum tanta bona proceſſerunt vt ipſa
troia deleta īſurrexerit cauſa per quā romana vrbs que caput
eſt vrbiū per troianos exules facta extitit vel promota ꝑ eneam
ſcȝ et aſcaniū natū eius dictū iulium. et nōnulle alie propterea
prouincie perpetuū ex troianis receperūt incolatū. Qualis eſt
anglia que a bruto troiano vnde britania dicta eſt et legitur in
habitata. Item qualis frācia que poſt troie caſū a franco rege
enee ſocio qui iuxta renū magnā condidit vrbem quā franciā
ex ſuo nomine necnon et totam eius prouinciā appellauit habi
tata narratur et veneciaꝝ vrbem inhabitauerit ille troian9 an
thenor. Habitacionis eciā huiuſmodi ſiciliam legimus nō exꝑtē
qui primo a rege ſicano qui in ſiciliā a troia ꝑuenit habitata
deſcribitur. Vnde ſicania dicta fuit et eo poſtmodū a ſicilia rece
dente relicto ī ſicilia ſiculo fratre ſuo vnde poſtmodū ſicilia dcā
eſt tranſmeauit in tuſciam quā multaꝝ genciū inhabitacione
repleuit et in regno ſicilie per marina cōfinia ſupradcūs eneas
ciuitates multas legitur condidiſſe Qualis eſt neapolis tanta
ciuitas et gētis indomite terra gaieta. Diomedes eciā licet fuerit
de grecia oriūdus qui in troiano bello multa miraculoſa cōmiſit
troia deleta dum in regnū ſuū minime recipi potuiſſet inhabi
tauit calabriam cuius ſocios narrauit ouidius circen ſolis filiā
in volucres trāſformaſſē ī calabriā a diomede delatas de quaꝝ
auium genere dicit yſidorus multas fuiſſe productas que aues
diomedee dicte ſunt eam naturā habentes vt cognoſcant hoīem
latinū a greco diſcernere. Quare grecos calabrie incolas colūt
et latinos fugiunt ſi qui ſunt. Sed ſi tāte ꝑdicionis cauſa fuerit
ſubſequētis boni cauſa finalis vt humana mēs habet indubio

Nam ſubſequenter diſcribit hyſtoria ꝙ iaſone et hercule cū ſuis
in portu quieſcentibꝰ ſymeonte de eis ad laumedontā troianū
regem fama ꝑuenit qđ gens quedā troianis incognita. ſ. gens
grecoꝝ noua remige phrigias partes ītrauit exploratura forte
archana regni troiani vel pocius troie prouinciā vaſtaturam.
Erat autē diebꝰ illis troia nō tante magnitudinis qualis fuit
poſtmodū de nouo firmata et in ea regnabat tunc rex p̄dictus
laumedon noīe qui ſumpto dāpnoſo cōſilio qđ o vtinā nō fuiſſet
legatū ſuū in comitiua multoꝝ ad iaſonē deſtinauit. Quo ad
iaſonē veniēte legacionē ſuā explicat in hec verba Rex laumedō
huiꝰ regni dn̄s de aduentu veſtro valde miratꝛ quare terrā ſuā
intrauiſtis ab eo licēcia nō obtenta cuiꝰ ē intēcio ſub trāquilla
pace eā tenere. Hoc inſtātiſſime mādat vobis vt in cōtinēti debe
atis terrā eiꝰ exire ita qđ adueniente die ſequenti ſciat vos ab
omnibꝰ terre ſue finibꝰ receſſiſſe. Qđ ſi mandatoꝝ ſuoꝝ ſenciet
vos cōtemptores ꝓ certo noueritis ipſū iubere ſuis ī offenſionē
veſtrā irruere et depopulacionē reꝝ et veſtraꝝ finale diſpendiū
ꝑſonaꝝ. Poſtq̄ȝ iaſon totā ſeriem legacionis audiuit totꝰ in ira
et dolore cordis exacerbatꝰ intrinſecus anteq̄ȝ ad legacionis dcā
verba mutata retorqueret conuerſus ad ſuos ſic locutus eſt eis
Laumedō rex huiꝰ regni dn̄s mirabilis dedecoris iniuriā nobis
īfert cū abſqȝ alicuiꝰ offenſiōis cā nos eici a ſua t̄ra mādauerit
Itaqȝ ſi eum regia nobilitas aīaſſet nos mandare debuiſſet ho
norati. Nam ſi caſus ſimilis illum in grecia adduxiſſet ſciuiſſet
ſibi illatū a grecis nō dedecus ſȝ honorē. Sed exquo magis ſibi
dedecus q̄ȝ honor applauſit nos eciā applaudimꝰ et illi vt ab eiꝰ
regni finibus recedamus cum poſſet contingere et leue ſit qđ
eius enorme conſilium ſit cariſſimo precio redempturus. Deinde
continuatis verbis cōuerſus ad nūciū dixit. Amice legacionis
tue verba diligentꝛ audiuimꝰ et dona que ꝑ regem tuum nobis
more nobiliū ſunt tranſmiſſa recepimꝰ ſicut decet deos noſtros
et dei veritate teſtamur non ex ꝓpoſito terram tui regis intraſſe
vt offenſam ingereremꝰ in aliquē more p̄donio violēciā illaturi
Sed cum ad remociores ꝑtes cōferre nos intendamꝰ neceſſitas

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

in hũc locum diuertere nos coegit. Dic ergo regi tuo nos de ſua terra omni mora poſtpoſita receſſuros ſaturo pro certo qđ et ſi non per nos poterit forte per alios qui preſentem iniuriã nobis illatam audierint non lucra ſed preſſuras et dampna infallibi liter obtinere. Hercules vero verbis iaſonis non cõtentus regis nũcio refudit hec verba. Amice quiſquis es ſecure referas regi tuo ꝙ ad plus die craſtino de terre ſue ſtacione penitus diſcede mus ſed ſequentis tercij anni dies non erit exitura die illi qua nos videbit ſi viuet in terrã ſuam velit nolit anchoras inieciſſe et de danda nobis tunc recedendi licencia non erit ſibi plena li bertas cũ talis litis ad preſens ĩchoauerit queſtionẽ qđ priuſq̃ de eo poſſit ſuperare victoriã ignominioſi dedecoris pondere de primetur. Cum regis nũcius reſpondendo ſic dixit. Turpe ſatis eſt nobili et p̃apue ſtrenuo minaꝝ ſagittas emittere nec michi qui ſum miſſus ẽ cõmiſſum a rege vt erga vos litigioſis verbis inſiſtam. Dixi vobis que michi cõmiſſa fuerũt ſi ſapienter agere placet vobis do conſiliũ bonum vt ab hac terra recedere non ſit graue priuſq̃ poſſitis incurrere grauiora cum leue non ſit per ſonas perdere que ſe poſſunt conſilio ſalubri tueri. Et poſt hec a greciſ petita licencia ſuũ remeauit ad regem Iaſon vero et hercules nulla mora protracta philotete vocato iubent anchorã a mari ſubtrahi et omnia colligere que ĩ terrã adduxerãt cauſa quietis. Sciebant enĩ ſi voluiſſent in phrigios inſultare nõ eſſe eis in congreſſu pares vel equales in viribꝰ nec in potencia for ciores argon aſcendunt et eleuatis velis dijs duabus frigia de ſerunt litora et ſulcantes maria ventis afflantibꝰ proſperis nõ poſt multos dies in colcos inſulã ſalui perueniunt et deſideratũ feliciter portũ intrant. In inſula igitur colcos erat tũc t̃pis quedam ciuitas nomine iaconites caput regni pro ſua magni tudine conſtituta vrbs valde pulchra muris et turribꝰ circũdata fabricatis multis inſignita palacijs plena populo copioſo et in ſignis multoꝝ nobiliũ incolatu. In hac igitur vrbe degebat re galit rex oetes in multoꝝ comitiua ſuoꝝ cũ nõ longe a ciuitate ipſa nemora multa vireſcerent apta quidem venacionibus ob

multaꝝ feraꝝ copiam iugis veſcẽciũ nemoroſis. In cuiꝰ vrbis
ābitu longa patebat diſtenſa planicies frigidarijs et viridarijs
illuſtrata dum aquaꝝ fontes in ea ĩnumerabiles ſcaturirent et
q̄ꝑplures fluuij continuis fluctibus prolabentes riuulis eandem
planiciē irrigarent. Quare multaꝝ venatriciũ auiũ vigebat in
illa et multarũ volucrũ cantilene inceſſanter ibidem dulci mo-
dulamine ꝑſonabant. Ad hanc igitur ciuitatē iaſon et hercules
cum eoꝝ comitibus regaliter et decenter induti tramite recto ſe
cōferunt. Qui dum per plateas ciuitatis ipſiꝰ diametro longo
patētes moderatos greſſus laudabili cōpoſiciōe maturāt miraṫ
vulgus in eis eluceſſere tot regios apparatus tam ſpecioſam in
floreſcere iuuentutē ſic modeſtos in eoꝝ inceſſibꝰ et ĩ apparēcia
tot moꝝ floribꝰ prepollere. Dicienti ergo aīo diſquirit vulgus
qui ſint vnde ſint et que cauſa ſit aduentus ipſoꝝ ſciſſitantibus
ergo illis nullus ē qui cauſam eoꝝ aduētus ipſis apiat donec
regij palacij portas attingunt. Rex autē oētes ĩnate ſibi nobili
tatis gracie non oblitus ſtatim ſibi exquo grecoꝝ aduentus in
notuit ſolio cōſurgēs a regio grecis obuiā in multoꝝ comitiua
ſuoꝝ exiuit quos fronte hylari et facie leta recipiens fouet am
plexibus ſignis ſalutacionis exhilarat et in dulciũ verborum
primicijs placidas amicicias illis ſpōdet qui poſtmodũ ꝑ gradꝰ
marmoreos loca ſublimia cōſcēderũt palacij. intrāt cameras pic
turis varijs illuſtratas et appoſiti auri mirifico fulgore micātes
Poſtq̄ꝫ vero eis eſt ſedēdi cōceſſa facultas iaſon multa aīoſitate
repletus in modeſta pronũciacione verboꝝ aduentus ſui cauſā
oeto regi exprimit et aurei velleris ordinata diſcrimina ſecundũ
ſtatuta legis impoſite humiliṫ tēptare depoſcit. Oetes autē rex
benigne petitis obtēꝑans ſe impleturꝝ vota iaſonis nō negauit

De medea qualiter amore iaſonis capta fuit. iij.

P Aratis igiṫ in multa reꝝ vbertate cibarijs ſternuntur
menſe ſuꝑ appoſitis ciphis aureis et argēteis multis et
ĩminēte cōmoditate veſcēdi rex cupiēs oēꝫ ſue nobilitatis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

graciā grecis oſtendere pro quadā filia ſua mittit vt veniat io
cunda celebratura cōuiuiū cum nouis hoſpitibus quos ipſe rex
cū multa iocūditate recepit. Erat enī oeti regi filia medea noīe
virgo nimiū ſpecioſa patri vnica et ſola futura heres in regno.
que quāq̄ iam ad ānos nubiles perueniſſet et facta iam thori
matura a puerilibus tamen annis ſe totam exhibuit liberaliū
arciū ſtudioſe doctrinis ſit totū cordis auiditate ſciencie imbibēs
elicona vt nullus vel nulla ea doctior poſſet illis tꝑibꝰ reperiri.
Sed eiꝰ margarita ſciencie ex qua pocius prepollebat erat ars
illa mathematica que per vires et modos exorziſacionū nigro
maticos lucem vertebat in tenebras ſubito ventos inducebat
et pluuias choruſcaciones et grandines et timidos terremotus
fluuioꝝ autē decurſus per decliuia loca labentes ad ſuperiores
partes influere et redundare cogebat hyemali eciā impugnaci
one frondibus arbores ſpoliatas compellebat in ipſa turbinis
tempeſtate floreſcere iuuenes faciendo ſeneſcere et ſenes ad iu
uentutis gloriā prouocando. Hanc credere voluit antiqua genti
litas luminaria magna ſcꝫ ſolem et lunā ſepius cohegiſſe cōtra
naturalem ordinē eclipſari. Nā ſcdm aſtrologie veritatē de qua
ipſa doctiſſima fuiſſe deſcribitur ſol decurrens ſub ecliptico curſu
continuo eclipſari non habet niſi cum fuerit in cōiunctione lune
exn̄te in ipſa cauda vel capite que ſunt quedam interſectiones
cuiuſdam circuli celi et aliquo alio ex planetis. Nam tūc appo
nente ſe luna inter aſpectū noſtrū et ſolem corpus ſolis nos vi
dere viſione ſolita nō permittit ſcdm qđ de hoc perhibuit magne
diſcrecionis egipcius ptholomeus. Ipſa tamen pro ſue incanta
cionis viribus hoc accidere feciſſe narratur non cum ſol erat cū
luna in cōiunctione ꝙ nos vulgarit̄ dicimus cū luna ſe voluet
Sed cum erat in eius oppoſito ea ab eo per ſeptē ſigna cōtinue
exiſtēte remota tunc cū lunā vulgarit̄ quintādecimā appellamꝰ
Sed ille fabularius ſulmonenſis ouidius ſic de medea oetis re
gis filia fabuloſe cōmentans tradidit eſſe credendū qđ abſit a
catholicis criſti fidelibus credi debere niſi quatenꝰ ab ouidio fa
buloſe narratur. Nā ille ſūmus et eternꝰ deus qui ī ſapiēcia.i.

ī filio cūcta creauit celeſtia corpa planetaꝝ ꝓpria ſub lege diſpo
ſuit et ea ſtatuēs ineternū p̄ceptū eis īpoſuit qd nō p̄teribit. Hic
eſt ꝙ ſolis eclipſis cōtra naturalia inſtituta nuſꝙ legit̄ accidiſſe
niſi cū incarnat⁹ dei fili⁹ ſeipſū hūilit̄ ꝓ nobis expoſuit paſſioni
qui cū in crucis patibulo tradidit ipſum eclipſat⁹ ē ſol luna tūc
nō exiſtente in cōiunctione ſua cū velū tēpli ſciſſum ē facti ſunt
terremotus horribiles. et multa tūc ſanctoꝝ corpora ſurrexerūt
Unde cū dieb⁹ illis dioniſius ariopagita ſūm⁹ phūs in naturis
viueret apud athenas et eſſet in gignaſijs ſtudioſus licet eſſet
infectus gentilitatis errore videns tn̄ in criſti paſſione ſolē eclip
ſiſſe ſtupefact⁹ ſic dixit. Aut deus nature patitur aut machina
mūdi diſſoluet̄. Hic eſt enī verus et etern⁹ deus cuius eſt poſſe
naturalia queqꝫ diſſoluere et cogere ī lege nature peccare q̊ ſola
vni⁹ ſibi fidelis prece curſum ſolis mundanū contra naturalē
inſtitucionē ipſius ad ſabaoth figi et ſtare mādauit. Hoc autē
de medea ſcdm fabulas ideo ponitur qm̄ ſic de ea fabuloſe fuiſſe
pn̄s hyſtoria nō emittit et ipſam fuiſſe in aſtrologia et nigromā
cia peritiſſimā nō negetur. Medea autē precepto patris audito
quāꝙ eſſet virgo nimiū ſpecioſa conata eſt vt mulieꝝ ē moris
ſpeciē addere ſpeciei ꝑ ſpecioſa videlꝫ ornamēta. Quare compta
p̄cioſis ornatib⁹ et regio apparatu decorata ad diſcūbenciū men
ſas acceſſit quā ſedere iuxta iaſonē illico iuſſit pat̄. O miſera et
infatuata nobilitas q̊d vrbanitati debes ī honoris tui p̄cipiciū
et tui decoris pro curiliatate iacturā? Numquid ſapientis eſt ſe
credere cōſtancie puellari aut ſexui muliebri qui nullis annoꝝ
circulis nouit captare conſtanciā cui⁹ anim⁹ ſemper conſiſtit in
motu et p̄cipue int̄ pubeſcētes vacillacōēs anteꝙ viro mulier
facta viri potēs miſceat̄. Scimus enī mulieris animū ſemꝑ virū
appetere ſicut appetit materia ſemꝑ formā. O vtinā materia trā
ſiens ſemel in formā poſſet dici ſuo cōtenta formato. Sed ſicut
ad formā de forma procedere materie notum eſt. Sic mulieris
cōcupiſcēcia diſſoluta ꝓcedere de viro ad virū vti eſſe credit̄ ſine
fine cū ſit quedā ꝓfunditas ſine fundo niſi forte pudoris labes
aliquā abſtinenciā laudanda cōcluſerit ſub t̄minis honeſtatis

Qua ergo o rex oetes ductus audacia tenere puelle latus extra
nei viri lateri cōsuiſti. Si ſexus fragilitatem ex animo diſcuſſo
liberaſſes heredem vnicam regni tui ignoīoſo nauigio ī exᷓnea
regna delatā ſub tanto diſpendio non fleuiſſes vt filia ſimul et
ſemel et theſauri tui inaudito cumulo priuaueris . Quid tibi
profuit martis cuſtodia aduerſus fraudes mulieris et dolos?
Sane qꝛ qđ futurū erat forte dixeris vitare nullatenꝰ potuiſti.
iuſſiſti filiā tuā cum iaſone cōicare cōuiuiū et iaſonem ſtatuiſti
participē nate tue in celebracione ciboꝝ. Nam quid tibi prouide
reuera ſucceſſit ecce ſubiungit hiſtoria ſucceſſus congruos et in
congruos non obmittens. Exiſtente enim medea inter regē pa
trem et iaſonē licet multo eſſet rubore perfuſa tamen tꝑare nō
potuit ſuoꝝ acies oculoꝝ quin cum poterat eoꝝ intuitū verſus
iaſonē dulcibus aſpectibus retorqueret ſic eius faciem et circum
ſtancias faciei flauos crines corpus et mēbra corporis nitentis
ymaginacionibus contemplando Qđ repente in concupiſcēcia
eius exarſit et feruentis amoris in animo cecum cōcepit ardorē
Nō illi cura eſt ciboꝝ veſci dulcedine nec guſtare pocula melli
flue pocionis. Eſt enim ſibi tunc cibus et potus iaſonis dulcis
aſpectus quē totum clauſum geſtat in corde et in cuius amore
libidinis repletus ē ſtomachus ſaturatus. Cū igitur īſpiciebaꝬ
ab alijs qui intuebantur eam ciboꝝ guſtibus ſic ceſſiſſe attribu
ebant eidem non amoris cauſa hoc ī ipſa ꝓcedere ſed ſola forte
racione ruboris. Medea ergo tāti feruoris exaſperata cupidine
conceptū crimen ſatis conatur obtegere vt non ſolum ab hijs a
quibꝰ inſpiciebaꝬ ꝑcipi forte poſſet . Sed eciā a ſeipſa ꝓbabilis
excuſacionis argumenta producit quibus illud qđ nephas eſſe
poſſet ī virgine excuſabili cōuertat in fas. Inde ē qđ tenui ſono
ſuos eburneos infra dentes collidit hec verba. O vtinā iſte bar
barus tam ſpecioſus tam nobilis michi maritali copula iunge
retur vt ſibi ipſam daret intelligi inculpabili affectione illud
appetere qđ culpa et crimine nō carebat. Omniū enim mulierū
ſemper eſt moris vt cū inhoneſto deſiderio virum aliquē appetūt
ſub eiꝰ honeſtatis velamine ſuas excuſaciones intēdāt. Cōuiuij

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

igitur fine facto medea de ſui pattis licencia cameraꝝ ſuarum
intrat archana et iaſon et hercules quadam eius palacij recipi
untur in camerā iuſſu regis. Medea autem in ſui ſecreto cubi
culo ſola perſiſtens ex concepti amoris flāma vexata anxietate
multa torquetur et multis fatigata ſuſpirijs ſatis ſollicite co/
gitat in ſeipſa qualiter ſui ardoris flāmis poſſet occurrere per
ſatiſfactionē proprie voluptatis ſed virginei pudoris puſillani
mitate deuicta cedit audacie cum in ea pugnet amor et pudor.
Inſtat amor vt audeat ſed propter ignominiam pudor vetat et
ſic duplici vexata cōflictu ſui laboris diſpendia per totam ebdo
madā ſub taciturnitate defleuit. Factūqꝫ ē ꝙ a fortune miſerijs
que finem accelerat ex ſeipſa proceſſit pro medee votis ꝙ quadā
die dum rex oetes in ſecretarioꝝ comitiua ſuorū cum iaſone et
hercule de multis multa conferret in aula pro medea filia ſua
miſit vt veniret ad illum. Qua in apparatu regio veniente in
ſui veneracione ruboris iuxta patrem ipſo iubente cōſedit cui
pater blando ſermone licenciā explicauit vt cū iaſone et hercule
more virgineo verba ſolacioſa conferret. Que pudibūda a pa
tris ſurgens latere iuxta iaſonē ſibi ſedere elegit. Jaſon vt vidit
medeam iuxta ſe conſediſſe factus eſt hylaris et modico relicto
ſpacio ſeſſionis ſecedens parum ab hercule magis medee lateri
fit propinquus. Rex autē oetes et aſtantes ceteri multe cōfabu
lacionis amenitate diem claudunt et hercules cum aſtantibus
coram eo multa ſermocinacione de pluribus conferebat. Sicqꝫ
intra iaſonem et medeam nullum erat medium quo poſſet ſi vi
ciſſim ad loquendū erat aliquid impediti. Medea igitur quaſi
inſolitudinis abilitatem alloquendi iaſonem apta cōmoditate
captata vidēs ceteros īter ſe circa alia colloquia diuerſa vacare
timoroſi pudoris ſarcina honeſte depoſita in primis verborum
congreſſibus ſic eſt iaſonem allocuta. Amice iaſon non reputet
tua nobilitas inhoneſtum nec vicio feminee diſſolucionis aſſcri
bat ſi forte tecū velut ignota conferre preſumo et me inhoneſta
intencione ad tui noticiam prouocare. Dignum eſt equidem vt
extraneo nobili et negocioſo ſalutis conſiliū tribuatur a nobili

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

Nam prodeſſe nobilis nobili ex quadã mutua vrbanitate tenet̃
Scio enim te nobilem et ductũ audacia iuuenili regnũ iſtud
pro obtinendo aureo vellere petiuiſſe pro cuius queſtu ſcias te
diſcrimini manifeſto ſubmittere et infallibilis mortis periculo
ſubicere vitam tuã. Ergo tue nobilitati et iuuenili calori cõpa
cior et tibi deſidero ſalutis conſiliũ et auxiliũ vtile miniſtrare ꝑ
qd̓ illeſus a tantis periculis euadis et optatos tue patrie lares
incolumis valeas in grata ſoſpitate redire. Et ad hoc tibi me ꝓ
futurã cognoſcas ſi ꝑceptibili corde meos monitos amplecteris
et efficaci ſtudio duxeris exequendos. In prono ſibi vultu et pli
catis brachijs iaſon ad offerẽtis verba ſic humili voce reſpõdit
Ha nobiliſſima mulier et domina vobis deuotiſſimo corde meo
humiles grates fundo que laboribus meis compati nobili expo
ſicione monſtratis cuius rei gracia beneplacitis veſtris me totũ
expono cum multomagis ſint munera graciosa que nec petita
nec p̄cedentibꝰ beneficiorꝝ meritis tribuunt̃. Cui medea. Amice
iaſon noſti quãta ſũt ĩ aureo vellere querẽdo cõſtituta diſcrimĩa
an forte fama veritatis ignara tibi cãm ipſorꝝ verã nõ ꝓdidit
in aperto. Sane eiꝰ facultas obtẽtus vix aut nullomõ mortali
cadit in homine cum diuina ſit eius cuſtodia et non ſit in hoĩe
plus poſſe q̃ꝑ poteſt virtus ĩ expugnãda maieſtate deorꝝ. Quis
enim illeſus euaſit a bobus flãmas eructuantibus igneas quẽ
fortune caſus aduerſus ipſos irruere ſtimulo preſumpcionis in
duxit cum aduerſus illos inſulcans ſubito cõuertatur in cinerẽ
et exutus fumoſa ꝑeat in fauilla. Qd̓ ſi tã leui animo attemp
tare iuuenilit̃ p̄ſumpſiſti magna fatuitate deduceris cũ preciũ
tante rei mors ſola eſſe conſiſtat. Abſtrahe ergo iaſon ſi petis
agere ſapiẽter a tam infauſto limine pedem tuũ et ne accedas
ad letifera limina que tue vite ſunt lumina finaliter ablatura
Jaſon antẽ velut impaciens ad medee verba cõmotus ne plura
hijs ſimilia verba diffundat eius ſermonem interſecat et eius
ſerie interrupta ſic intulit. Ha nobiliſſima dñã nũquid veſtrorꝝ
terrore ſermonũ examinare me creditis vt ductis incuſſionibus
ſtupefactꝰ ab incepto deſiſtã. Nũquid ſi fieret vti poſſet aliquã

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

gloriã maiorem in tota vita mea obtinere. Sane viuus viuaci
vituperio tabeſcerem inter gentes et omni exutus honoris laude
perpetui dedecoris vileſcerẽ libertati. Eſt ergo ꝓpoſiti mei certũ
morti me tradere ſi mors eſt precium tanti rei. Nam prudẽtis
viri propriũ eſſe debet exquo alicuiꝰ cepti propoſitũ publicauit
in actũ preponere necem vite priuſq̃ a cepto ignomĩoſe deſiſtat
Cui medea. Eſt ergo iaſon illa tui propoſiti certitudo vt mortẽ
affectes preponere vite tue in tã vicini diſcriminis interitu ma
nifeſto? Reuera tue felicitati cõpacior et erga te p̄ſumẽte nimiũ
indiſcrete cõmoueor viſceribus pietatis. Quare propono compa
ciendo tibi benigne tue ſalutis antitodum reuerencie preponere
patris mei et meo pudori nõ ꝑcere nec ſaluti. Sed huius demũ
a me beneficij graciã cõſequeris ſi monitis meis parere ſpõdes
et in exequendis que dixero fallacijs non vtaris. Ad hec iaſon
Nobiliſſima domina quecũq; decreuiſti me facturꝝ infallibiliter
adimplere vobis ſpõdeo deosq; cõteſtor. Cui medea. Si me tibi
copulaueris in vxorẽ Si me ab hoc paterno regno iaſon addux
eris in tuam patriam delaturus. Si me fideles nõ deſeres quo
ad viuã pro certo faciã vt tractabo ꝙ aurei velleris obtẽtu fina
liter tuum votũ implebis totis ĩminentibꝰ malis periculis an
nullatis. Sum enim inter mortales ſola que poſſum virtutes
martis eludere et eius potencie inſtitutis per contrariam artis
potenciã obuiare. Ad que iaſon. O q̃ magna et eſtimabilia re
uera ſunt illa que michi nobilis virgo ꝓmittis daturã te michi
videlicet que inter alias precioſas electe pulchritudinis preroga
tiua refulges velut roſa punica que veris temporis flores cete
ros quos in aruis campeſtribꝰ ſponte natura produxit ſuorum
titulorꝝ ĩſignijs antecellit. Et me promittis liberare preterea a
tantorꝝ malorꝝ noxijs aureo ariete queſito. Scio tamẽ me iuſtũ
eſſe non poſſe preciũ tãte rei. Et qui dona tam cara grata offe
rẽte fortuna rẽnueret merito dici poſſet ſũma fatuitatis ĩſania
penitus agitari. Quare nobiliſſima mulierꝝ et me ĩ virũ vobis
humilẽ et deuotũ ſpõſum expono et me facturꝝ ſingula que vrã
diſcernet electio pura et intemerata fide promitto. Medea enĩ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

talis oblacionis exhilarata ſermonibꝰ Hic ad offerentis verba
rn̄dit iterato. Amice iaſon de tuis pollicitacionibꝰ certā efficaci et
omnino ſecurā nō vano corde deſidero et ī hijs mētē meā tucioris
aſſecuracionis facias firmitatem . Peto igitur per te quecumqꝫ
dixiſti tuo ſacramento firmari. Sed cum ad preſens ſe nobis lo
cus habilis non preſentet differendū hoc puto dū operiat̄ terra
noctis caligine que ad cōmittendū occulta ſe prebꝫ deſiderātibꝰ
habilem et a ſciencia hoīm multos excuſat . Et ea igitur nobis
cōmode ſe prebente per mei ſecretarij nunciū requiſitus ad meā
camerā tutus accedes in qua ſecuram me facies de premiſſis per
ſacramenta deoꝝ . Nam et me aſſecuratam hoc modo deinceps
habere poteris ſicut tuā et ibi de tuoꝝ factoꝝ proceſſibꝰ et ipſoꝝ
execucione finali ꝑ me plenius inſtrueris. Cui iaſon ſtatī huiꝰ
cōpendij breuiloquio ſic concluſit. Nobiliſſima dn̄a ſicut dicitis
fiat vobis et michi. Ambobus ergo cedentibꝰ pluritati ſermonū
medea a iaſone petita licencia rege patre eciā ſalutato et hercule
multis aſſociata comitibꝰ in propriam camerā ſe reduxit.

De medea inſtruente iaſonē de aurei velleris certamine et de medelis ad pugnā faciēdam cū bobus et dracone operādis .iiij.

Iam diei mediū ſol poſt terga reliquerat et ſuoꝝ flexis
habenis equoꝝ ad partes iā vergebat occaſum cū me
dea ſola ꝑſiſtēs in aula que dixerat iaſoni et que rn̄ſa
fuerūt per eū multa inter ſe cogitacione reuoluit. et dū cōdicta
inter ſe diligenter examinat dilatato gaudio ſed mixto deſiderio
inualente gaudiū eius obducitur dū inuidēda noctis hora pre
multa cupiditate feruescit. Quare vtpote feruoris impaciēs dū
deſiderio fluctuat anheloſo intrinsecus metitur aſpectibus curſum
ſolis . Tanta enim auiditate torquet̄ in ſolis occaſum qđ illud
diei reſiduū quod erat mediū inter lucem et tenebras ſibi pro
certiſſimo viſū fuit tractū duoꝝ habuiſſe dieꝝ. Sed eo vergēte
demū ad veſperas ſub emiſperio factus occiduus certas noctis
induxit tenebras dum inter aſpectus humanos et ipſum ſolem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

ſe interpoſuit vmbra terre. Inſurgente ergo illiꝰ noctis crepuſ
culo multa varietate ſubuertit fluctuans animꝰ in medea qui
iam exeptus a notādo ſingulos gradus ſolis donec occideret et
ſollicitudine grauiori notat et appetit lapſus noctis et ſic ꝑcon
ſequens ortum lune cum nocte illa cōtra primi ſompnij horam
eleuatura eſſēt ab ortu et ſic eius noctis ab exiſtentibꝰ in pala
cio conſūmata vigilia dormicionis ſinguli quietē appeterent ꝑ
quam ſui voti deſiderata libertas plena pateret eidem. Sed o q̄
deſideranti animo longū qđ breue videtur cui nichil ſatis feſti-
natur ad votū. Quātis enim torquetur cruciatibꝰ anxijs tunc
medea cū ſentit patris famulos in palacio longa vigilia noctē
eludere et in vigilātibus ſigna cadencia ſompnos nullatenus
ſuadere. Longe igitur expectacionis velut impaciens nunc huc
nunc illuc fertur per cameram inquieta nūc ad eius ſe dirigit
hoſtiū exploratura ſi forte vigilantes iaceant de dormicione trac
tatum. Nunc cōuerſas valuas aperit feneſtraꝝ inſpectura per
illas quantus affluxerit de ea nocte decurſus. Sed tādiu talibꝰ
vexatur anguſtijs donec galloꝝ cātus dormicionis p̄co vndiqꝫ
inualeſcit adquoꝝ monitus vigilantes inſtantē quietē appetit
dormiēdi. Recubante igit̃ vniuerſa regis familia et ſub quietis
noctis tacito circūquaqꝫ diffuſo ſilencio medea exhilarata non
modicū quandā anū ſibi domeſticā et nimis aſtutā ad iaſonem
caute mittit quā vt preſenſit iaſon ſubito ſurgit a thalamo et
anu comite lentis inceſſibꝰ per obſcura palacij gradiens medee
ꝑuenit ad aulam. In cuius introitu aſtante medea iaſon affec
tuoſis verbis ſalutis pandit oraculum in ingreſſu. Ac igitur ſi
mili reſponſo reddito per medeā gratabūdus valuas intrauit
Confeſtim igitur receſſit anus iaſone et medea ſolis in camera
derelictis et firmatis aule ianuis ꝑ medeā iuxta ſtratū mirabili
apparatu triclinium iaſon medea dictante conſedit. Apertis igit̃
theſauris ſuis quādam ymaginem aureā conſecratam in noīe
ſummi iouis vt gentiliū erat moris medea eduxit et ea oſtenſa
iaſoni in multo lumine ardencium cereorum quibus tota came
ra fulgore maximo prelucebat hijs verbis allocuta eſt dicens.

Peto a te iaſon ſup̲ hanc ymaginē ſūmi iouis ſacramentū a te
michi fidele preſtari vt cum me totā tue voluntatis exponā ar-
bitrio et impletura ſum omnia que tibi promiſi intemerate fidei
puritate et michi perpetuo ſeruatꝝ puro corde iurabis diuini
et humani iuris ab hac hora me in tuam conſortem accipies.
et vt nullo tp̲e vite tue me deſerere aliqua machinacōe p̄ſumes
Ad qđ iaſon deuoto vultu ſe offerens et ymagine corporaliter
manu tacta medee ſeruare ſingula et adimplere p̄dcā iurauit
Sed o deceptiua uiri fallacia. Dic iaſon quid tibi medea demū
feciſſe plus potuit. Que ſui decoris omni honore poſtpoſito tibi
ſuū corpus et ſpiritū vnanimit̄ tradidit ſolius promiſſiōis tue
pocius lapſa fide non attendēs ſue nobilitatis inſignia nec ſue
magnalia regie dignitatis aduertens cum tui amoris cauſam
ſe ipſam hereditario ſceptro priuauerit et ſenem patrem irreue
renda reliquerit theſauri ſui cumulo ſpoliatū et paternas ſedes
deſerens propter te elegit exiliū preponendo natalis ſolij dulce
dini prouincias alienas? Nonne te ipſum a mortis interitu ſal
uauit incolumē et perpetui vituperij labe detraxit qui ſaltim ſi
ſoſpes a caſu diſcriminis euaſiſſes aureo vellere nō queſito re
dire theſaliā pre pudoris anguſtia audacia tibi ſecuta nō erat?
Deſtituit enim ſe ipſam a ſuis et te reſtituit tibi et tuis. Quo
ergo pudore depulſo iuramēti tui fedus eludere preſumpſiſti vt
ingratitudinis labe pollutus credentē decepis virginē ea latibꝫ
paternis abſtracta et deoꝝ timore poſtpoſito quos eligiſti p̲iu
rando contempnere ei fidem fallere veritus nō fuiſti a qua tanti
boni magnalia te certū ē ſuſcepiſſe? Sane te inuerecūdū demū
decepiſſe medeā narrat hyſtoria. Sed hoc proceſſit ex tua decep
cione flagiciū vt eiuſdem hyſtorie ſeries nō obmittit quod ī tui
penā p̲iurij et in odiū fidei rupte tue dijs ingerentibꝫ vitā tuā
turpi caſu diceris finiuiſſe de qua hic plura ad preſens referri
obmittit̄ pro eo qđ preſentis tractatus materiam nō contingit.
Sed tu medea que tātaꝝ ſciēciaꝝ diceris illuſtracione decorata
dic quid tibi profuit noticia legis aſtroꝝ per quā dicitur futura
poſſe preſciri? Si pre ſciencia futuroꝝ viget in illis. Unde tibi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

tam enormiter tam impie prouidiſti. Forte dixeris te multū ba
chatam amore futuri tui mala depēdencia in aſtroꝝ legibus per
negligēciā omiſiſſe. Et certū eſt aſtronomie iudicia ſup incerto
firmata de quo manifeſtū exemplum potenter et patenter in te
eliciatur que tibi preuidere per ea nullatenus potuiſti. Hec ſunt
enim illa incerta que faciles ad credendū pro certo decipiūt et
aperto cōuoluūt falſitatis errore. In quib9 nullus dephendit̃
futuroꝝ effectus niſi a caſu forte contingat cum ſolius dei ſit in
cuius manu ſunt poſita ſcire tempora et tpoꝝ momenta. Quid
vltra? Recepta medea iaſone piurabili iuramento ambo ingre
diuntur thalamū incredibili venuſtate decoꝝ reiectiſqꝫ veſtib9
et exiſtentib9 ambo nudis virginitatis caſtra iaſon aperuit in
philardoꝝ rex qui primus extiterat in ordine nauium veniencīū
cū primis centū nauibus primus ī multa animoſitate ſecutus
terrā attingere viriliter eſt conatus. Sed multe ex nauibꝰ ipis
ventoꝝ multa rabie impellente velis extenſis in terrā veniunt
quaꝝ multe franguntꝛ ex illis propter qꝺ multos ex nauiganti
bus in illis mare viuos abſorbuit. Et qui viui ex eis peruenire
potuerunt in terram a troianis in multo martirio perimuntur
multorum flagelloꝝ acerbitate concuſſi. Tinnit ether in ferien
cium ictibus denſantur nubes in aere ex emiſſione continue ſa
gittarum viciane aque litoris interfectorum cruore rubeſcunt ex
quorum nece patenter datur intelligi quantus fuerit letalis deſ
cenſus grecorum in terram. Nunq̄ꝑ legitur exercitum aliquem
tanta infelicitate tanto diſcrimine in terram hoſtiū deſcendiſſe
ſed poſt predictas centum naues inſequentes eaſdem ī eundem
locum adueniunt. Non tn̄ repente in terrā veniunt ſicut prime

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

Sed velis eaꝝ multa cõmoditate depoſitis terram ꝓuia diſcre
cione attingere ſunt conate. Quare nauigantes in illis in terrã
deſcendere iam anhelant quos troiani in armata manu recipiũt
viriliter ꝓhibentes eoꝝ acceſſum in terrã. Greci vero in predictis
nauibus exiſtentes paratis baliſtis ĩnumerabili quantitate in
crebris ictibꝰ ſagittaꝝ troianos arcent a litore ex quaꝝ letiferis
ictibꝰ mortui multi cadunt. Recedentibꝰ ergo paꝝ pre baliſtaꝝ
timore troianis greci proſilientes a nauibus in terrã veniũt et
nauigantibꝰ ĩ primis nauibus ſi qui ſũt ſuccurrere moliuntur
vnde diũ et letale bellũ cõtra troianos inſtituerũt. Illic prothe
ſilaus rex qui iam in terram deſcenderat mirabilia cõtra hoſtes
de ſue ſtrẽnuitate perſone cõmiſit. Infinitos ergo ex troianis ſuo
enſe ꝑemit et mirabilis adiutoriȷ̈ ſubſidia tũc ꝓſtitit grecis ſuis
Niſi enĩ ſolꝰ ipſe fuiſſet omẽs greci qui terrã attingerãt et deſcẽ
derant in ipſa ſine dubio mortis exicia finalit̃ incurriſſent. Sed
quid profuit ꝓthesilai animoſa defenſio cũ tm̃ forte ſeptẽ milia
grecoꝝ pugnã foueant aduerſus centũ milia troianoꝝ. Cõmit
titur ergo mortale preliũ ĩter eos ſed videntes greci nullum eis
ad naues fauere poſſe fuge ſubſidiũ cum illis naues aſcendere
nõ ſit tutum et cõmendere ſe fluctibus et profundi maris hiatibꝰ
ſibi nõ videant eſſe ſalubre malunt in terrã eoꝝ vitas tutas exti
guere ꝗ̃ ĩ fluctuũ ceca ꝓfunditate demergi. Inſtaurãt ergo bellũ
in ea aĩoſitate qua poſſunt multi tamen ex eis ferro trucidãte
depereunt cũ et arene bibube ex ferro cadenciũ riuos abſorbeant
troianis pre eoꝝ multitudine crudeliter ſeuientibus cõtra eos.
In magna igit̃ greci anguſtia ſe defendũt et in multo interitu
ꝑſonaꝝ vſqꝫ ad extrema litoris retrocedere ſunt coacti. Qui oẽs
amara nece ſubito periȷ̈ſſent niſi archalaꝰ et prothenor ſtatim
terrã cũ eoꝝ nauibus attingiſſent qui in multa virtute bellãdi
velint nolint hoſtes eoꝝ deſcendũt a nauibꝰ et in multa potẽcia
prelianciũ ſuccurrerũt ſuis occurrunt ecciã hoſtibus et maxima
violẽcia ſe defendunt. Inſtauratoqꝫ bello cũ ceteris qui aĩoſitate
reſumpta in bello durius ſe preſentant acriter bellum fouẽt et
in multo ſine dubio earũ ꝑſonarũ diſcrimine preliantur. Tunc

56

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

ſuꝑuenit dux neſtor qui dū ſuis nauibus in terram applicauit et
ſicienti aīo ſuccurrēdi ipſis ſalue deſcendūt in terrā p̄lio ſubito
ſe immiſcent . Frangunt̄ lancee ſibulant per aera multe ſagitte
tremūt enſes cadūt occiſi et aer clamore multo cōfūditur deficiē
ciū ad ruinas archelao et ꝓthenore viris ſtrēnuis mltos nichilo
minꝰ interficientibꝰ ex troianis . Tunc rex aſcalus et rex alagꝰ
cū eoꝝ nauibus ad littus applicant et cū eoꝝ viris pugnātibꝰ
deſcendūt in terrā in bellum proſiliunt aīoſi et in troianos viri
liter irruūt ſic dure ſic acrit̄ ꝙ eos retrocedere coegerūt. Sed tro
ianoꝝ innumerabilis multitudo que nondū bellum attingerat
in grecos impetuoſe ſe dirigit et exaſꝑato bello in maiori feruore
greci retrocedere ſūt coacti qui iā vlterius reſiſtere nō valētes re
trocedēdo extremū ꝑuenerūt ad litꝰ. Tūc vlixes rex ſuo nauigio
in terrā applicauit qui celeri curſu cū multa caterua pugnācium
deſcendit et venit ad bellū. Cōmittit̄ ergo bellū duriſſimū reſu
munt greci vires in vlixis aduentu et facientes impetū in tro
ianos virilit̄ ipſos expugnāt. Vlixes autē velut leo rugiens in
media acieꝝ inſignis armis et lācea quā geſtabat ī manu mul
tos int̄ficit ex troiaīs nūc alios vulnerat nūc alios ꝓſternit ab
eq̄s. Quē dū philimenis rex paſſagonie vidit ī tāta ſtrēnuitate
bellantē tāta dāpnificacione clade troianos eques irruit ī vlixē
et ab equo deiecit eūdē et vlixes pedes habuit neceſſe bellare. Sz
philimenꝰ vibrata in vlixē lācea quā gerebat īpulſu duriſſimo
ꝑcuſſit vlixē tā grauit̄ et tā dure ꝙ eiꝰ ſcuto cōfracto fulgētis lo
rice ꝑuenit ad ſquamas. Quibꝰ diſciſis et aꝑtis vlixes īpellētis
ictū ſuſtinere nō valēs in terrā cecidit reſupinꝰ nec tn̄ ex inflictu
ſibi vulnere ſtupefactꝰ īſurgit celer et vibrata verſꝰ philimenis
lācea quā gerebat ī multis viribꝰ lacertoꝝ ex ſūmitate ſcuti vſꝙ
gulā philimenū vulnere letali ꝑcuſſit. Nā eiꝰ cōfractis armis
et lorica diſrupta īpellentis vlixis acuta et ſecabilis lācea eius
gule orgonicas venas incidit. Qua de cā philimenis letaliter
vulneratus ab equo decidit ſemiuiuus. Quē troiani putantes
extinctum in multa virtute belli ipſum a manibꝰ grecorum eri
piunt et in ſcuto poſitū velut exanimē tranſmiſerunt in troiam

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

De putatiua igit̄ morte philimenis troiani turbati ſunt valde
et niſi fuiſſet ille caſus qui tunc intercidit de vulnere philimeni
totus grecoꝝ exercitus qui deſcenderat et debellabat in terram
deuictus infallibiliter vite ſua vltima diſpendia defleuiſſet. Sed
ad hoc thoas rex tholie cū ſuis nauibus et agamenon rex totiꝰ
exercitus imperator cum ſuis menelaus rex cum ſuis et nobilis
thelamonius ayax cum ſuis ad litus applicant ſubito in terrā
aſcendūt troianis intēdētibꝰ circa bellū aſperrimū cōtra grecos
alios qui paꝝ ante deſcenderāt et inuicē cum troianis prelium
confouebāt. Vniuerſos ergo equos eoꝝ a nauibꝰ extrahunt et
eis aſcendentibꝰ in eoſdem in multa pregnandi virtute prelio ſe
īmiſcent aduerſuſqꝫ troianos impetū faciētes frangūt lanceas
et in ipſaꝝ fragore īnumerabiles troianos proſternūt ab equis
quoſdā mortuos quoſdā letaliter vulneratos Inſtauratoqꝫ bello
multi interierūt de troianis. Tunc prothesilaus rex philardorū
multo labore laxatꝰ qui tot labores armoꝝ paſſus extiterat illo
die paꝝ a bello ſeceſſit et vt reſpirationis auram aſſumeret ad
littoris extrema ꝑuenit vbi bellum fuerat primitus inchoatum
Ibiqꝫ percepit quaſi oēs ſuos in bello ꝑmortuos in quoꝝ morte
latētes multas ꝓduxit lacrimas et multū exinde cōmotus ad irā
ſpiritū reaſſumpſit vt ad bellū iteꝝ ſe cōferret ſperans de ſuorū
nece vindictā conſequi in multoꝝ interitu troianoꝝ. Sicqꝫ ſuis
equis et alioꝝ ſuoꝝ extractis a nauibꝰ que a vētoꝝ rabie ſalue
demū euaſerāt equū ſuū potenter aſcendit ſuoꝝ necem cupidus
vindicare. Furens igit̄ enſe nudo multos ex troianis interficit
multos ab equo proſternit et multos vulnerat ex eiſdem. Tunc
perſeus rex ethiopie cū multo militum comitiua a troiana vrbe
veniens furibundo animo bellū intrat et in aduentu ethiopum
preliū durius inſtaurat̄. Tantam igit̄ troiani in eoꝝ aduentu
ſumpſere virtutis audaciam ꝙ quaſi faĉ recentes in viribus in
grecos impetuoſe dirumpūt duris vulneribꝰ eos ledunt ipſoſqꝫ
opprimūt et oppreſſos per violenciā retrocedere cogunt ad littus
Ibiqꝫ fuiſſent greci reuera deuicti niſi ſtrēnuꝰ palamides cū ſuis
nauibus applicuiſſet in terrā. Qui ſtatim cū ſuis militibꝰ equis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

abſtractis a nauibꝰ in bellandi deſiderio et ſucaırrēdi ſuis equū
aſcendit irruenſcꝫ in bellū letale certamē inſtaurat. In eius eni
aduentu inſultāt greci aioſitate reſumpta et ipſe palamides ex
terminiū troianoꝝ furibundꝰ intendens in ſigamon frēm regis
mennonis et nepotē regis perſei qui tūc in armoꝝ ſtrēnuıttate
de ſe mirabilia faciebat irruit in virtute bellandi et inpicta ī eū
ſua ſecabili lācea ꝑ medias coſtas eius ipſum vulnerauit et ab
equo ꝓſtrauit extinctū eocꝫ dimiſſo ſe dirigit in crebras acies tro
ianoꝝ diſrumpit turmas infinitos ex troianis interfecit qui eū
velut mortē vndicꝫ metuentes ī eius aggreſſu faciūt ſibi viam.
Clamor igit̄ fit maximꝰ in ocaſoꝝ excidio. Nā troiani ſuſtinere
palamides impetū nō valentes ꝑ longū terre ſpaciū retrocedere
cōpelluntur erant iam per fuge ſubſidiū troiani date ꝉga coacti
Tūc ſtrēnuiſſimus militū fortiſſimus hector quaſi ad voces cla
manciū excitatus ab vrbe troiana in comitiua multoꝝ egredit̄
bellū ingreditur flāmis furens accenſus et micantibus fulgēs
in armis et incaſoria lācea ſcutū gerebat auri fulgore cōpoſitum
depictum ad ymagines trium leonū grecos igit̄ potēter inuaſit
et diuiſis aciebꝰ circūquacꝫ ꝑ mediū irrefragabili virtute bellā
di ꝓthilago regi venit obuius qui troianos in ore ſui gladij ꝑi
mere nō ceſſabat ſicꝫ in eū irruens enſe nudo cū in grecos ante
lanceā cōfregiſſet eleuato brachio in ſue virtutis potencia ꝓthi
laum percutit ſic ꝙ a ſūmo virtute ipſum ſcindit per mediū vſcꝫ
ad adiacencias vmbilici nō obſtantibus armis eius. Cadit ergo
nobilis et ſtrēnuus rex prothilaus extinctꝰ et hector ipſo dimiſſo
ruit in alios et quoſcumcꝫ ſui mucronis ictu contingit certum ē
eos dies vltimos terminare. Non multum iam ꝑ turmas diſcur
rerat et tantos iam morte perimerat ꝙ greci timore perterriti
quaſi mortis interitum vitant illum. Et īterrogāte vno ab alio
quis nam eſſet multi doloris excidio antonomatice noſcunt illū
eſſe videlicet hectorem omnibus forciorem. A facie igit̄ eiꝰ greci
fugiunt eius ictus tollerare letiferos non valentes. et ſic dum
perſiſtit in bello greci deficiunt ſed laſſatus ſecedit a bello. Cam
pū et vires greci reſumunt qd̊ ocaes vel decies contigit illo die.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

Sol igiť iā vergebat ad veſperas cū hector quodāmoda armoꝝ
fatigacione laſſatꝰ vrbem intrauit relictis ceteris qui prelium
acerrimū cōmittebāt et troianis aduerſus grecos viriliť inſiſten
tibꝰ iā greci quaſi deuicti terga dare parabāt. Cū ille fortiſſimꝰ
achilles cū ſuis nauibus et mirmidonibus terram applicuit qui
deſcendens in eam cū ſuis omnibꝰ bellū intrat irruit acriter in
troianos. Reſurgunt greci in achillis aduentu in cuiꝰ comitiua
venerunt pluſꝗ̄ tria milia pugnatoꝝ bellū cōmitititur maximū
multa fit ſtrages et cedes maxma ruūt hinc inde interfectoꝝ cada
uera et pocius ex troianis. Nā ille fortis achilles in ore gladiȷ̈
ipſos inſequiť qui ex eis interficit infinitos ſternit et vulnerat ī
multa effuſione cruoris. Iā oēs alie naues littus attingerāt iā
omnes exeūtes in pugnā in terrā venerant et ſe in geſſerant in
cōflictu. Quoꝝ troiani potenciā ſuſtinere pre multitudine nō va
lentes achille ipſos letaliť opprimente terga ſunt dare coacti et
fuge ſubſidio ſe in troianā vrbē recipe moliuntur. Illic magnus
clamor exuberat et vociferantes intonant anxioſe in morienciū
caſū et doloribus paciſſoꝝ. Illic achilles īterfectoꝝ cruore vndiꝗ̄
madefactus īfinita poſt ſe cadauera deſerit et multa defugiētibꝰ
addit illis. Jam fugaces troiani ciuitatis eorū portas attigerāt
ipſas intrare tumultu maximo ſatagentes illic ſtrages ſit maxi
ma illic troiane ab inſequētibꝰ intercepti qui in eā intrare non
poterant morientes cadunt in limīe et ante ora patrū filiȷ̈ trucī
dati vitam exalant magna et īnumerabilis cedes cōmittitur in
introitu et fuiſſet amplius valde maior niſi ille virtuoſus troilꝰ
paris et deiphebus cū multis militibus ītrare volentibus occur
riſſent. In quoꝝ occurſu ceſſauit cedes et ſupueniēte noctis vm
braculo preliū eſt diceptū. Troiani ergo ciuitatis portas ductis
firmāt repagulis et achilles cū grecis in multa gloria rediȷ̈s ad
littus. Tunc agamenō rex explorato loco decenti mādauit in eo
figi tētoria vniuerſos monet comode ſe locari et diſtictis locis vni
cuiꝗ̄ maioꝝ tētoriȷ̈s et papilionibꝰ eleuatis vniūſi collocauerūt
ſe comoda qua poterant ſtacione et qui tentoria non habebant
tuguriȷ̈s nouis īſtructis ſibi noua parāt hoſpicia et receptacula

58

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

manſionū. Equis aūt eoꝝ ꝓut melius poſſunt cōmoda ſtabula ſtatuūt et rebus omnibꝰ neceſſarijs adductis a nauibus ipſiſq; nauibꝰ in fortibꝰ funibꝰ firmiter colligatis et tucius inſtitutis in multaꝝ ponderibus anchoraꝝ iniectaꝝ in mari eadem nocte obſidionē in multa cōmoditate decernente agamenone firmauerunt. Cum igit̃ multis ignibꝰ et ardentibꝰ facibus noctis tenebras excluſiſſent et nō minus in exercitu fulgor ficticius appareret q̄ ſi diei claritas radiaret. Inſtitutis eciam in eoꝝ tuicionū multis licijs protendentibꝰ altera alteram tam in propinquis eis q̄ eciā locis ſpacijs ī remotis troianis ipſis nulla eis nocte ipſa impedimēta preſtantibꝰ quaſi clauſis portis nullus ex eis nocte illa exiuit. Poſt obſidionē vero firmatā ꝓut meliꝰ potuit nocte illa Ille puigil agamenō q̄ nulla ſompni poterat occupari quiete vigiles ordinauit excubias circūquaq; in multo modulamine fiſtulaꝝ et maxima multitudine armatoꝝ qui totum exercitū a cecis inſidijs tuerētur et in eoꝝ vigilijs reliqui fida ſecuritate iacerent. Sicq; ſub noctis ſuperſtitis porcione nōnulli qui marina fatigacione laſſati et qui multo fuerunt prelio depreſſi ad quietis requiem aſſumendā abſq; armoꝝ ſuoꝝ depoſicione ſe ſternūt donec aduenientis diei ſerena pandatur aurora. Et hoc fuit primū bellū inter troianos et grecos cū greci deſcenderent in terram.

De ſecundo bello iam obſidione firmata. xxxiiij.

Excluſis igitur tenebris noctis illius quas mane facto fugauit aurora cōſurgens ſole ſuis radijs terre faciem illuſtrante ille ſtrēnuꝰ vir bellicoſus hector actor et dux troiani exercitus circa ducatū ſuū curioſus exiſtēs facto diluculo vniuerſos bellatores mandauit armari et eos in cuiuſdā campi planiciē ī medie ciuitatis troie gremio cōſtituti vbi tēplū diane dee cōſtructū extiterat ſtatuit cōuenire et diſtributis eis bellicoſa prouiſione ꝑ turmas et cuneos et aciebus ex eis ſufficientibꝰ ad illi diei preliū ordinatis vnā de portis troie ciuitatis que dardanides dicebatur aperiri mandauit. Et cōuocatis ad ſe duobus de

cōſanguineis ſuis claucone.ſ.filio regis licie et ciicinabore fratre ſuo naturali dictū prime aciei cōceſſit et delegauit eiſdē. In qua prima acie mille milites ſtatuit bellatores viros vtiqȝ fortes et bellorꝝ expertos tam de regno licie ꝙ de troia et eis in noīe deorū ab ipſo hectore data licencia in victorie ſigno predictā portā dardanidem exeūt et exeundo ſagacibus lentis inceſſibus ad grecorꝝ exercitū appropinquant. Predicteqȝ prime aciei p̄dictus hector alios mille milites prudētes adiecit quos ſub ductu theſei regis tracie et archilegi filij regis ipſius virorꝝ nō ſine magna ſtrēnuitate cōmiſit et eis dedit in noīe deorꝝ benigne licenciā vt prime aciei pariter iūgerent. Secundā vero aciem ſtatuit in qua tria milia militū forciū et pugnaciū deputauit quā ſub ducti cōmiſit bellicoſi regis frigie regis xancipi et regis alcamy virorꝝ magne virtutis et ad mandatū hectoris ſub victorie ſigno per predictā portam exeunt ciuitatis ad grecorꝝ exercitū ſagaciter procedentes Terciam autē aciem ex tribus milibꝰ militū cōſtitutā ſub ductu bellicoſi troili hector ipſe cōmiſit et monens eundem affectuoſis ſermonibꝰ in eū hec verba profudit. Cariſſime frater mi et ſūma leticia cordis mei valde dubitare me cogit immoderata aīoſitas tui cordis ne incōſulte et prodigalit̄ exerceas te in bello. Rogo te ſerues oī cuſtodia corpus tuū et a ſtulticijs declines īmenſis nec te totū tue ſtrēnuitati cōmittas inprouide ſed bellis ſic ſagaciter pociaris ne īimia noſtri affectantes ꝙ plurimū caſus nr̄os de tua facilitate letentur. Vade igitur feliciī in noīe deorꝝ nobis fauencū et victor et incolumis ad ciuitatē tuā redeas ſicut opto Cui troilus. Cariſſime dn̄e fauentibus dijs vereri aliquid non oportet quoniā a mādatis tuis tamꝙ cariſſimi fr̄s et dn̄i nūꝙ infallibiliter declinabo. Et hijs dictis cū comitiua p̄dictorꝝ trium miliū militū ꝑ portam feliciter egredit̄ ciuitatis inſignis armigeris. In cuius ſcuto campus totus erat azureus depictis in eo tribus leonibus deauratis et ad grecorꝝ exercitū aīoſus accedit. Hector vero quartam aciem ordinauit in qua poſuit tria milia militū et milites ſeptingentos quos ſub ductu diſpoſuit regis lariſſe dicti vpon. Grandis erat enī iſte vpon homo fortiſſimus

[g]

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

bellicoſus multū et prelia multū affectās adeo ꝙ ī toto exercitu
troianoꝝ nullus ꝑter hectorē forcior putabatᷣ in cuius comitiua
extitit coꝛpoſus vir valde ſtrēnuus ardelaus de predicto regno la
riſſe qui ad predictū grecoꝝ exercitū vnanimiter anhelantes ab
hectore obtenta licencia per eandē portā exeunt ciuitatis. Huic
eciā quarte aciei hector ducē fore cōſtituit cū predicto rege lariſſe
dunciū naturalē et dilectiſſimū frēm ſibi propter ſtrēnuitatē
ipſius. Quintā autē aciem cōſtituit hector ſub ductu regis cironie
cū gente ſua de cironia. Hij autē cirones erāt fortiſſimi et ſtatura
grandis valde vt gigantibus ſimiles putarentᷣ et huius regis
erāt arma ſicillina ſine flaua ſine aliquo īter ſigno et huic aciei
hector cōſtituit ducē polidimā frēm ſuum qui ab hectore obtenta
licēcia ī comitiua ſuoꝝ feſtinat ad hoſtes. Sextā vero aciē hector
de gente poenia ſtatuit ſub ductu regis eius ꝑtemeſi et ducis ei9
ſerepes viroꝝ vtiꝗ ſtrēnuoꝝ. Sed huius gens ad bellū proce
debat inermis lorica nō indigens caſſide ſum ſcuto. Cuius autem
gentis ſcutū arcus erat et longas pennis caudatenus veſtire ſa
gittas deinde eorū capiciū ex acutis ferris ſupīmiſſis cacumina
coronauit cū quibus letalia vulnera eoꝝ hoſtibus infligebant
equis fugacibus et fortib9 īſedētes. Huic eciā aciei hector deiphe
bum naturalē et legittimū frēm ſuū ꝑfecit in ducem qui ab eo
obtenta licencia ad eius hoſtes in comitiua multoꝝ ſe contulit
aīoſus. Verū huic aciei hector innumerabiliū militū multitudi
nem armatoꝝ adiecit et ſpecialiter illos qui de regno dicebātur
agreſte ſub ductu regis exdre et regis philon. Hic aūt rex philō
mirabilē currum habebat totū ex eboris integritate cōſtructum
dū eius rote tantū eſſent ex ebano veſtite deſup auro puro cui9
teſtudo ſuper impoſita tota erat gemmis et lapidibus precioſis
auro et argento contexta. Hic currus a duobus fortibus et pug
nantibus militibus conſtipatus erat. Hijs autē duobus regib9
regi. ſ. exdre et regi philon hector prepoſuit pictagoram fratrem
ſuum qui celeriter cum eiſdem ad hoſtes ſe dirigit hectoris licen
cia iam obtenta. Hector vero circa ſue propoſicionis intentum
viriliter perſeuerās inclitū eneam de quo ſupra ſepe retulimus

ſeptime aciei prepoſuit in cuiꝰ comitiua omēs milites et equites de diſtrictu cōnuuij deputauit qui a quodā nobili āmirato euſte ino noīe regebant. Qui oēs ab hectore licencia obtēta ciuitatē exeunt debita feſtinancia ſe iūgentes ſupradcās alijs aciebus. Octauam autē aciem hector eſſe cōſtituit de circes regno pſaꝝ et eiꝰ gente cui prepoſuit paridē fratrē ſuum et ipſum āmonuit ꝙ quāuis ad alias acies feſtinet accedere nō tamē bello ſe ingerat niſi ſe preſente quem ꝓxime ſubſequi feſtinus intendit cui patris omnibꝰ mādatis eiꝰ deuotiſſime ſe parere reſpōdit et ſic affectu oſa ab eo obtenta licencia in comitiua gentis ſibi deputate ciui tatis troie feliciter portā exit. Nonā vero aciem ipſe hector mode rari ſtatuit ductu ſuo cōſtituens eā ex oriundis nobilibꝰ et forti bus equitibꝰ vrbis troie ducēs in ea ſecū decem de fratribꝰ ſuis naturalibꝰ quos ciōſiores in bello pocius expertos agnouit or dinatis in ea quinqꝫ milibꝰ militū pugnatoꝝ qui ī eiꝰ comitiua cū eo egrederent̄ ad bellū. Ipſe autē hector neceſſarijs et fidelibꝰ armis circūquaqꝫ munitus equū ſuū aſcendit noīe galateā. De cuiꝰ magnitudine fortitudine pulchritudine et ſuis alijs virtuti bus mirabilia ſcripſit dares. Eques vero hector in eo armatꝰ vt erat ad regem priamū patrē ſuum locuturꝰ accedit cui dixit hec verba. Cariſſime pater habeto tecum mille quingentos milites quos ī tua deputo comitiua cū quibꝰ et omnibꝰ peditibus pug nātibus huiꝰ vrbis ſitis circa licias grecoꝝ illas. ſ. que plus ab alijs licijs ſunt remote cautus exiſtens ne quis vltra predictas licias exire preſumat niſi tūc cum ego mandauero vt cū neceſſi tas ingruerit habeamꝰ vos in tutū refugiū firmitatis ſubſidiū etiā et caſtellū. Ego autē habebo mecū certos īter nūcios qui de me ad te vadant et veniant ferant et referant continuū ſtatū belli et quid te facere oporteat ſcd̄m belli ſucceſſus. Tu etiā eris cū comitiua tuoꝝ in vigili et circūſpecta cuſtodia ne aliquo dolo aſtucia ſiue fraude hoſtes noſtri nobis bellantibꝰ ciuitatē noſtrā inuadant interápiant aut predent̄ vt tu ſis eis muris ſemper oppoſitus letaliter ledens illos et nobis ſis ī columpnā regimīs et ſecuritatis auxiliū. Cui rex priamus. Fient oīa fili cariſſime

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

vt diſponis. Non enī eſt michi poſt deoꝝ auxiliū ſpes alia neqꝫ
fides niſi in tue virtutis brachio et in tui ꝓuidi ſenſus guberna
cione diſcreta. Dijs humiliter ſupplico vt te michi ſeruent incolu
mē et ab omnibꝰ tueant̃ aduerſis. Et ſic hector a patre licencia
poſtulata diſceſſit et aciei ſue quā in ſibi parauerat ſe cōiunxit
Erat enī hector in multa virtute magnanimꝰ in bellis in victiſ
ſimus et fortiſſimus preliator et regimīs exercitus ſapientiſſimꝰ
dux et princeps . Signa autē eius armigera que in ſcuto geſta
bat talia pingebant̃ in armis ipſius. Erat enī eius campꝰ totꝰ
aureꝰ ſiue flauus et in medio eius vnus leo tantū rubeo colore
depictus. Hic in noīe deoꝝ portā egreditur ciuitatis in comitiua
ſuoꝝ vexillis expanſis et licet fuerit in exeundo vltimus omēs
ꝑcedentes acies ſua virtute tranſcendēs ꝑuenit ad primā et ꝑpo
nendo ſe fcūs eſt primus. Mulieres autē nobiles que ī ciuitate
remāſerāt omēs ciuitatis muros aſcendūt vt ex eis videre vale
ant belli cōflictū. Illic filie regis priami cū magna helena coaſ
cendūt que dū de multis in corde ſuo nimiū trepidaret timor et
dubitacio in ea ymaginaciōes diuerſas et varias generabāt. Li
cet enī hector ſic ſuas acies ordinaſſet nūquid agamenon negli
gens extitit vel remiſſus in ordinacione ſuoꝝ. Sane de gēte ſua
vigīti ſex acies ordinauit. In quoꝝ prima patroclū ductorē cōſti
tuit qui ſecū duxit in ipſa totā gentē ſuam necnō et totā gentē
achillis mirmidones viros bellicoſos. Achilles enī eo die nō pro
ceſſit ad bellum cū in tentorio ſuo maneret faciens de quibuſdā
ſuis vulneribus ſe curare. Erat enī iſte patroclus vir nobilis et
dux a ſuoꝝ progenitoꝝ ſtirpe ꝓductus clarus moribꝰ et multis
diuicijs opulentꝰ quē achilles in tāta amicicie ſibi cōfederacione
cōſtrinxerat ꝙ amboꝝ aīa et ſpūs vnꝰ erat et qđ coꝝ vniꝰ erat
alteriꝰ totū erat. Secūde autē ꝑpoſuit aciei regē mēnonē et regē
ydumeneū ī qua cōſtituit tria milia militū et meneſteū athena
rū ducē cū vniuerſa gente ſua bellica de athenis. Terciam autē
aciem conceſſit regi aſcalopho et eius filio philimeno ſub qua
conſtituit vniuerſam gentem quinanorū bellorum expertam.
Quartam vero aciē conſtituit ſub ductu regis archelai et regis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

protenoris et cū eis fuit fortiſſimus ſecūdan cū tota gēte boecie ſub hac acie deputata. Quintā autē aciem duxit menelaus cum ſpartenſiū gente ſua qui ſui regni regimini ſubiacebant. Sextā vero aciem rex epiſtropus et rex celidis cū gente de ꝓuincia fodiſis ſub eoꝝ ductu duxerūt. Septimā aūt thelamoniꝰ aiax duxit cū gente de ſua ꝓuincia ſalemina in cuius comitiua fuerūt quatuor comites theſeus videlicet āphimacus dorius et poliſarius. Octauā vero aciem duxit thoas. Nonam aūt duxit aiax cyleus Decimā vero duxit rex philoctois. Vndecimā autē duxerūt rex ydumeneꝰ et rex merion. Duodecimā vero duxit dux neſtor. Terciādecimā rex henes duxit filuis mabentis. Quartādecimā duxit vlixes. Quintādecimā rex vmeliꝰ. In ſextadecima fuit gēs quodā prothesilai vindicare mortem ſui dn̄i ſitibunda. Septimā vero decimā duxerūt rex polidarius et rex machaon. Octauā autem decimā duxit rex rodi. Nonādecimā duxit curypulus rex octomenioꝝ. Vicesimā duxit yantipus rex lidoꝝ et rex āphimacus. Vicesimā primā duxit rex philothethes dn̄s lariſſe. Vicesimā ſecundam diomedes et ſtelenus duxerūt. Vicesimātерciā duxit heneꝰ rex cipri. Vicesimāquartam duxit rex ꝓthailus. Vicesimā quintam duxit rex capenor de capedia. Vicesimāſextam et vltimam duxit ipſe rex agamenon vtpote totius exercitꝰ imꝑator.

De primo cõgreſſu troyanoꝝ cum grecis. xxxv.

Aciebus igitur omnibus ex vtraqꝫ parte ſic ſolempniter inſtitutis vtraqꝫ ꝑs in liberū campū egreditur cauſa bellandi ſed ille fortiſſimus hector quietis īpaciens primꝰ ante omēs alios potentē equū ſuū coegit in curſū cõtra grecoꝝ primā aciē quaſi furibūdus anhelans quē vt preſentit patroclꝰ qui per me aciei grecoꝝ vt dictum eſt ductor erat cõtra hectorē ī equi ſui curſu velociter diametro recto procedens hectorem acuta lancea ſua petit et cū ea viriliter ipſū impellens ſcutū quod ſibi hector appoſuit viriliter ꝑforauit ſic eciam ꝙ ad arma interiora perueniens aliquid diſrupit ex eis non tamen ad nude carnis

intima vſq₃ tranſiuit. Hector vero in violencia ictus ipſius non
trepidans neq₃ nutans multo ardore furoris accenſus non ictu
lancee pecijt ſimili relacione patroclū ſ₃ nudato enſe ī ipſū irruit
et ex ictu enſis crudeliter ſic ꝑcuſſit in capite ꝙ eius caput ꝑ me
diū in duas diuiſit ꝑtes. Quare patroclus ſe in equo ſuſtinere
nō valens vtputa qui ꝑuenerat ad ſpiramina vite ſue vltima
mortuus in terrā decidit in medio pugnatoꝝ. Sed hector qui eū
p̄capitem mortuū vidit ab equo proſterni arma quibus patroclꝰ
erat armatus intuēs et cōtemplās raptus deſiderio habēdi ipſa
ſuo equo deſcendit et ꝑ vnā habenā retinens equū ſuū ad corpꝰ
patrocli ꝑuenit volens exſpoliare ipſum fulgentibus armis ſuis
Sed rex mēnon cū tribus milibus militū armatoꝝ in defenſionē
cadaueris appropinquat et ad corpus ipſum cū tota gente ſua
ꝑueniens hectori ſe oppoſuit in predcā multitudine pugnatorū
ne hector corpꝰ ipſū armis ipſis exſpoliare valeret. Et irato aīo
cōtra hectorē dixit hec verba. Lupe rapax et inſaturabilis certe
de hoc cibo guſtare nō poteris alibi oportet te querere cibū. Quia
ſtatim videbis cōtra te pluſ ꝙ̄ quīquaginta milia pugnatoꝝ qui
ad deſtructionē ſolius tui capitis molient̄. Et ſic per eūdē regē
et alios fcō vnanimiter impetu cōtra hectorē p̄capitare ipſum in
terram virtuoſe intendūt eius equū a ſuis manibus eripe ſata
gentes, adeo ꝙ hector ad inſtanciā tot inſiſtenciū ad eū in terrā
flectere genua fuit coactus ſed ipſe in virtute ſue potencie ſeipſū
illico erigens velint nolint greci equū ſuū potenter aſcendit et
properans cōtra regem merionē de eo appetit furibundus vlciſci.
Sed rex claucon et rex theſeꝰ cū artilego filio ſuo cū alijs tribꝰ
milibus militū armatoꝝ merioni ſuccurrunt ſe cōtra hectorē viri
liter opponentes. Sed hector illū qui primꝰ grecoꝝ ſibi occurrit
appetēs enſe nudo morti tradidit et ꝑemit. Sic multos de reliq̄s
q̄ ſibi occurrere nō timebāt. Interea bellū feruet aſꝑrimū et ad
corpꝰ patrocli iteꝝ hector redit adhuc ipſū exſpoliare ꝓponens.
Quare deſcēdere ab equo nō curās ꝙ ydumeneꝰ rex crete cū duo
bꝰ milibꝰ pugnatoꝝ cōtra eū ꝑuenit ad bellū. Et dū circa corpꝰ
exſpoliandū hector inſiſteret rex merion iteꝝ in maxia caterua

militū in hectorē irruit ſic eum grauiter expugnādo ꝙ nullomō
eū ſuum ꝑuenire ꝑmiſit ad votū ymmo crebris et multis ictibꝰ
ipſe et ſui ꝑcuſſerūt eū. Qui cū videret ſe peditē et cōtra tot eq̄tes
bellum letale feruere vires viribus cumulat grecos acriter īpetit
enſe nudo equos interficiendo q̄ꝫ plures circa brachia et pedes
mutilando multoꝝ ſic ꝙ breui hora quindecim interfecit ex illis
qui ipſum intercipe conabant̄. Merion vero rex interim corpus
patrocli eleuatū a terra coram ſe recipit equo ſuo et aſportando
illud ſecum ad grecoꝝ tētoria duxit illud. Greci vero nichilomi
nus inſiſtētes cōtra hectorē vel ipſum intercipe vel ab eo equū
eripe in multa caterua pugnanciū moliunt̄ ſic ꝙ ipſum equū
nulla facultate permittunt. Inter quos erat quidā miles fortiſſi
mus noīe cation de petra qui cōtra hectorē inſtācius anhelabat
Sed quidā famulus hectoris videns hectorē in tanto diſcrimine
cōſtitutū dū duas haberet lāceas rigidas et acuto ferro mūitas
cōtra predictū cation de petra qui cū alijs centū militibus cōtra
hectorem plus alijs inſiſtebat vnam ex lanceis ipſis in potenti
virtute vibrauit ſic ꝙ ex eo ictu cation letaliter ꝑcuſſus mortuꝰ
aſpirauit. Deinde idē famulus aliā vibrauit in aliū qui hectorē
ſimiliter opprimere conabatur et ex eo ictu ꝑcuſſus ſimili modo
mortuꝰ decidit ꝓceps in terrā. Tūc exclamās idē famulꝰ fortiter
aduerſus troianos vt feſtinant̄ occurrerent hectori in tāto diſcri
mine conſtituto cyanabor vnus ex fratribus hectoris vt vocem
exclamātis audiuit primus cū tota acie in qua erat in maxima
virtute bellādi ī grecos irruit et a grecis facta per violenciā ſibi
via ꝑuenit ad illos centum milites qui ſic acriter hectorē infeſta
bant. Quare illico triginta ex eis crudiliter īterfā mortui deſe
cerunt. Propter quod troiani aīoſitate reſūpta campū recuꝑant
et greci retrocedere ſunt coacti. Ad quod hector exhylaratus nō
modice equū aſcendit et furibundus ſe ingerit in certamē et ad
uerſus grecos immoderate ſe laxans in ictibus nudi enſis de pa
trocli ſpolijs deſpatus multos ex grecis interficit ſibi uenientibꝰ
in occurſum et tot quot veniūt obuiam coram eo aut omēs īter
ficit aut proſternit letaliter vulneratos. Tūc greci mortē vitare

volentes a facie eius omẽs aufugiũt patentẽ apiunt ſibi viã ſic ꝙ trancendens in multitudine acieꝝ totus in ocaſoꝝ ſanguinẽ cruentatus quãdoqꝫ vix repit in quẽ exercere valeat vires ſuas Tũc menelaus dux athenaꝝ venit ad bellũ cũ tribus milibus armatoꝝ et eundo cũ tota gente illa ex ꝑte ſiniſtra peruenit ad aciem illoꝝ de frigia in qua erat troylus qui grecos mirabiliter opprimebat et ĩ qua erat rex antipꝰ rex machaon et rex alcatiꝰ qui aciem ipſam cũ predicto troylo ducebãt et facta cõmixtione ipſaꝝ acieꝝ letale bellũ cõmittit̃ inter eos. Tunc meneſteꝰ dux bellantẽ troilum potenter aggredit̃ cũ lãcea ſua ſic viriliter ipſũ ĩpellens ꝙ velit nolit troylũ ab equo proſternit. Qui in medio tot pugnanciũ in terrã peruenit et locũ mirabiliter impeditũ cũ decediſſet inter pedes ĩnumerabiliũ equoꝝ et aſſeſſoꝝ ipſoꝝ qui letale bellũ ſub mortisdubio tota intẽcione tractabãt. Meneſteꝰ vero circa capcionẽ troili totus anhelãs vt ipſũ ſuũ habere valeat in captiuũ cumulãdo vires viribus cũ omibus ſuis tantũ ſtudij adhibuit et laboris ꝙ troilum a pedibus equoꝝ abſtraxit cepit et captiuũ ducere in multa militũ feſtinãter ſed quidam miles nomine miriſetis aduerſus illos de frigia potenter exclamat dicens. O viri fortes ad quid veniſtis ad bellum. Nũquid pro honore vel verecũdia acquirenda? Nonne capitis et videtis troylũ filiũ regis priami et frẽm hectoris ducĩ captiuũ? Sane ſi permittitis eũ ducĩ perpetui pudoris labe vos et heredes veſtros poteritis tenere fedatos. In recuperacione igitur eius cõuertite vires vrãs et hoc facere cum celeritate curetis anteq̃ꝫ a potencia veſtraꝝ virium euacuatur. Tunc rex alcanius excandeſcens totus in iram accepta quadam lancea contra grecos qui troilũ captiuum ducere feſtinabant feſtinanter irruit et ſic viriliter percutit cum eodem vnum ex eis ꝙ ipſum ſubita morte ꝓſtrauit. Deinde proſiliens in alium ipſum letaliter vulnerat. Quare factũ eſt cum adiutorio ſuorum occurrencium cateruatim ꝙ troilus a manibus ipſum ducere volencium extitit liberatus et ĩ maxima virtute bellandi equum aſcendit auxilio precipue regis yãtipi qui cum acie ſua in liberacionẽ ipſius troili feſtinꝰ occurrũt

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

Hic rex yantipus menesteū ducē furibundus inuadit et eū viri liter ex transuerſo percuſſit et niſi fuiſſet armoꝝ tutela fidelium armatus indubitanter intfeciſſet eundē. Dolēs itaqꝫ menesteus ex ſui amiſſione captiui ſuos acrius hortatꝰ ad bellū et ſupueni entibus grecis in ſuccurſum ipſius in multitudine pugnanciū coꝛpoꝛoſa bellū letale cōmittitur. Quare de interfectis cadaueribꝰ ex vtraqꝫ ꝑte ſequitꝰ magna ſtrages. Interea hectoꝛ qui belli la boꝛe laxari nō poterat ī furoꝛe ſuo multos grecos īterficiēs ſternit et vulnerat. Sed menesteus qui multo doloꝛe ꝯprimitꝰ de eo ꝙ captiuū ſuum amiſerat et partem maximā gentis ſue diſcurrit per acies veluti furibundꝰ. Et dū ita diſcurreret opprimēdo troia nos ille miſetis per quē ſuū captiuū amiſerat obuius venit ei. Quē menesteus in armoꝝ ſuoꝝ geſtamine recognouit. Quare dirigendo ſe viriliter cōtra eum in equi ſui curſu et in ſue lancee forti potenter inpulſu ipſum ab equo proſternit et deiecit bellā cium intra pedes. Quē amplius vexare nō valēs deſerit et in aliū irruit quē ſimiliter ab equo ꝓſternit. Ad hec ex parte troianorū ſupuenit hupon et in eius comitiua ardelaus cū duobus milibꝰ pugnatoꝝ et cū omnibꝰ de regno lariſſe. Cōtra quos rex prothe noꝛ et rex arceleus cū gente ſua de regno boecie obuiā exierūt et durū bellum cōmittitur inter eos. Sed non lōge ex parte troia noꝝ ſuperuenit polidamas antenoris filius in maxima multitu dine pugnatoꝝ qui vidēs tot acies troianoꝝ ī vno loco inſimul aggregatas ſtatuit vt eius acies cū qua venerat ſepararetꝰ ab aliis et ex alia parte ſe dirigerent cōtra grecos. Quare factū eſt ꝙ predicta acie ſe cōtra grecorū exercitū ex parte alia dirigente ſuperuenit rex remus a troiana ciuitate progreſſus cum tribus milibus militū armatoꝝ contra quem ſtatim irruit menelaus cum vniuerſis ſpartenſibus equitibus gentis ſue et ſic rex me nelaus et rex remus inſimul preliantur. Qui ex potētibus lan ceaꝝ eoꝝ impulſibus ambo ſe ſternunt ab equis.

Quomodo polidamas irruit in mereum nepotem helene et interficit eum. xxxvi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

Polidamas vero irruit in mereū nepetē helene et ducē
viginti annos tantū agentē qui iā in flore ſue adoleſcē
cie miles ſtrēnu9 habebatur. Hunc polidamas in gra
ui ictu ſue lancee ſic īpulit violenter ꝙ leſis et deſtructis armis
quibus ſe tueri mereus cōſidebat letaliter vulnerat9 ab equo dei
citur et mortu9 ꝑuenit in terrā. Quē vt vidit menelaus mortuū
cecidiſſe dolore multo torquet̄ qm̄ eū tenerrime diligebat et cōtra
troianos eius mortē cupiēs vindicare regē remū ꝑcuciens enſe
ſuo et fracta caſſide et deſtructis armis duris ictibus regis remi
ꝑuenit ad carnem et ſic illum grauiter leſit in capite ꝙ ab equo
cecidit ſemiuiu9. Quem ſui putantes extinctū ſuccurrendi ſibi
curā aliquā nō dederunt ymmo propoſuerūt a bello diſcedere qḋ
effectui tradidiſſent niſi polidamas eos detinuiſſꝫ inuitos. Qui
poſtmodū in recuperacione regis eoꝝ vim et ſtudiū adhibētes ab
equoꝝ pedibus quaſi mortuū extraxerūt ducentes eū quaſi ad
eoꝝ preſidia ſemiuiuū. Rex vero celidis qui diebus ſuis omni
bus aliis in forma pulcritudinis fuit prelatus de quo ſcripſit da
res ꝙ eius formā nullus deſcribere potuiſſet quem regina de ſe
minea tanti amoris ardore precordialiter diligebat ꝙ magis eū
carū habebat intime ꝙ̄ ſe ipſam. Hic rex celidis irruens in poli
damā niſus eſt eum in ictu ſue lancee ab equo deicere quē poli
damas in multo dolore furoris accenſus aggredit̄ enſe nudo et
in ſue virtutis potencia ſic grauiter ꝑcuſſit in capite ꝙ ipſum
quaſi mortuū ꝓſtrauit ab equo. Interea hector in ſubſidio ſuoꝝ
grecos retrocedere de neceſſitate coegit et inter acies ſe īmiſcens
diſrūpit eas multos ex grecis letaliter vulnerādo donec ꝑuenit
ad aciem in qua gens de ſalemina viriliter debellabat troianos
ſub ductu regis theſei regis ſui. Hic rex theſeus in multa ſtren
nuitate cōſpicuus multos ex troianis vulnerat letaliter et mul
tos occidit ſed tūc rex theuter ex parte grecoꝝ aduenit qui cōtra
hectorem irruens cum lancea ſua ſic viriliter eum percuſſit ꝙ
ipſum grauiter vulnerauit. Contra quem dum hector ī ſui vin
dictam habenas dirigeret equi ſui ille fuga lapſus multum eſt
factus ab aſpectui hectoris prolongatus ita ꝙ ab hectore eius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

copia eſt penitus ſubſtracta. Sed hector iracundiam ſui cordis retinere nō valens in quendā admiratū grecoꝝ qui ſibi primꝰ occurrit ſuo irruit in furore et in enſis ſui ictu ipſum ſtatim cru deliter interemit. Magna igit̄ pars acieꝝ circūdat hectorem vt ipſum greci capiant vel occidant inter quos dū eſſet theſeus hec torem eſt affectuoſis ſermonibꝰ allocutus humiliter monēs eū vt a bello exeat ne incōſulte pereat inter tātos qđ in dampnū quaſi ſuccederet toti mūdo tantū milite depire. Hector igit̄ affectu oſas ei grates exinde reddidit. Ad hec igit̄ dum bellū ferueret aſprimū troianis inſiſtentibꝰ contra grecos et cum parū longe ab hectore polidamas pugnaret viriliter cōtra eos menelaus et thelamonius in polidamā irruūt. Quē thelamonius qui eum primo inuaſit cū lancea potenter impellens deiecit ab equo et viribus cumulatis menelaus et thelamon polidamā capiūt qui fracto enſe pedes erat in bello et ab eis laqueis caſſidis iam diſ ruptis caput eiꝰ erat inerme. Quare captū mittere feſtināt ad grecos. Sed hector qui nō erat multū ab ipſo remotus ꝑtem re ſpexit in illam et vidit eundē polidamā circūdatū multis grecis et ad voces clamanciū mox eū audiuit eſſe proſtratū et captū et duci captiuum. Qui ſtatim iratus irruit cōtra illos qui eū circū derant et multos ex ipſis interficit letaliter vulnerat et ꝓſternit Quare ſibi via neceſſario patefacta quoſcūqꝫ occurrētes letaliter vulnerando dū ꝑueniſſet ad illos qui polidamā captiuū ducere intendebāt furibunde ſic irruit cōtra eos ꝙ triginta interficit ex eis alijs polidamā dimittētibus cōuerſis ī fugā et ſic in hectoris miraculoſa virtute polidamas extitit liberatꝰ. Tūc rex epiſtropꝰ rex menelaus et rex thelamonius cū eoꝝ aciebus omnibꝰ cōue nientes in vnū contra troianos ſic potenter inſiſtunt ꝙ eos per violenciā cōuertūt in fugā ita ꝙ campū quaſi neceſſario deſerere compelluntur non obſtāte ꝙ hector tunc erat inter eos qui de ſe mirabilia faciēdo aduerſus tot reſiſtere nequiuiſſet. Et qui equū ſuum ſub eo interfecerāt pedes ab eis ita viriliter ſe defendit ꝙ nullus ex grecis tam audax extitit aut ſecurus qui in eū manꝰ inicere ꝑſūpſiſſet. Naturales quidē fratres ſui vidētes troianoꝝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

exercitū quaſi deuictum et hectorem non videntes cōueniunt in
vnum querentes eum ſollicite inter turmas ſic ꝙ ad ipſum vir
tuoſe perueniunt thelamonum letaliter vulnerant et dinada
ron vnus ex fratribus ipſis irruit in polixenon quemdam gre
corū nobilem admiratum qui quēdam potentem et fortem dex
trariū equitabat et ipſum potenter impellens de dextrario pro
iecit et eo per habenas arrepto ipſum hectori pugnanti pedes
obtulit quem ſtatim hector aſcendit illic omēs predicti fratres
hectoris naturales contra grecos fecerunt miracula in armoꝝ
virtutibus de ſeipſis . Tunc ſupuenit deiphebus cum tota acie
ſua quā deputauerat ſibi hector cum illis videlicet de poenia
arcus habentibus et ſagittas cū quibus vulnerauerūt multos
ex grecis et ipſe dephebus regem theutran in facie grauiter
vulnerauit. Troiani itaqꝫ qui iā fugam arripuerant aīoſitate
reſumpta ad pugnā redeunt quare bellum durius īſtauratur.
Theſeus predictus dū contra troianos multum inſiſteret quin
tilienus vnus ex filius naturalibus regis priami et rex moder
nus cū eo in theſeum irruunt ipſum capiunt et captum inter
ficere moliunt̄. Aduerſus quos hector exclamās ne ipſum offen
dant dimitūt illum et iuſſu hectoris eum liberum promiſerūt
Qui hectori humiles grates reddit et liberatus accedit ad gre
cos. Tunc ex parte grecoꝝ venit ad bellū rex thoas cum illis de
calſidoneis et philateas cū eo qui ſe ingerunt in certamen. Rex
autē thoas irruit in caſſibulā vnum ex filijs naturalibus regi
priami et vidente hectore fratre ſuo ſic grauiter eum percuſſit
ꝙ mortuum eum deiecit ab equo. De cuiꝰ morte hector nimium
exacerbatus et dolore cōmotus in confuſionem grecorum durius
aſpirauit. Nam multos interficit ex eis et nunc alios vulnerat
nunc alios proſternit ab equis ſic ꝙ in virtute ſue potencie et
animoſitate ſuorum greci ſunt dare terga coacti . Iterum ex
parte grecorum ſuperuenit neſtor cum quinqꝫ milibus pugnato
rum contra quē venit obuiam rex exdras et rex phicn in curru
ſuo cum illis qui erant de agreſta ſub ductu ieconie filij regis
gētis ipſius . Bellū ergo cōmittitur inter vtroſqꝫ ex quo occiſoꝝ

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

ſequitur magna ſtrages. Rex vero phion viriliter preliatꝛ et mul
tos ex grecis interficit. Demū circūdant eū greci ipſū īterficere
feſtinantes. Tūc ieconias dixit regi exdre. Non vides q̄m phion
iā eſt captus a grecisꝛ. Si placet ei cū feſtinancia ſuccurramus.
Tunc troiani facientes impetū cōtra grecos velint nolint greci
ſuccurrūt troiani regi phion ipſum a grecoꝝ manibꝰ liberātes
Interea hector bellum ingreditur cū fratribus ſuis naturalibꝰ
deyphebo eciā et polidama qui mirabilia de ſe faciētes in armis
cū eoꝝ troianis grecos intendunt ad hoc deducere in virtutibus
et viribus ſuis ꝙ greci campū deſerant et deuicti fugiant a facie
troianoꝝ. Sed menelaꝰ et thelamon viriliter ſic reſiſtūt ꝙ eoꝝ
votis troiani fruſtrantꝛ. Tunc ſuꝑuenit eneas cū illis de conio
ſub ductu eufrecij ducis eoꝝ cū quibꝰ et alijs hector cōtra grecos
ſic durius potenter inſiſtit ꝙ greci bellātes ſūt dare terga coacti
Sed aiax qui pro grecis viriliter debellabat vidēs ſuos in fugā
velle cōuerti multo dolore deprimitꝛ. Vez inſpiciens poſt ſe vidit
plures acies grecoꝝ que nondū fuerunt bellum ingreſſe et vexil
lis extenſis ad prelium feſtinare in quibus aciebus omnis flos
militū grecoꝝ ſine dubio veniebat. Hortatur ergo grecos vt a
fuga deſiſtant cū vicinis ſit eis ſuccurſus eoꝝ. Ad hec bellū durꝰ
inſtauratur. Eneas et aiax ſimul cōueniunt animis odioſis et ī
forti curſu equoꝝ eoꝝ vnus impegit in alium ſic viriliter ſic po
tenter ꝙ ambo ſe ſternūt ab equis inter pedes equoꝝ pugnātes
ſed ex ꝑte grecoꝝ philiteas de calſidonia p̄dictus cū tribus mili
bus militū ſuccurrit aiaci cū vſq̄ nunc troianis ꝑs belli melior
arrideret qui ī virtute belli ſatagebāt opprimere grecos vt a bello
diſcederēt fuga lapſi. Sed ille due acies que cū philitea venerūt
ad bellū troianoꝝ vota cōtempnūt et p̄ualere nō ſinūt. Quare
prelio ſic feruente philiteas in hectorē irruit lanceā ſuam fregit
in illum. Sed hector ſic ſua lancea illum in ſua virtute ꝑcuſſit
ꝙ ipſum letaliter vulnerauit et deicit ab equo qui ſemiuiuꝰ pre
ceps ꝑuenit inter pedes equoꝝ. Tunc ex parte grecoꝝ ſuꝑuenit
huners cū acie ſua in multitudie pugnatoꝝ copioſa et vlixes cū
ſuis qui de circia bella gerere didicerunt. Itē et rex humelinus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

qui omnes reges grecoꝝ ſecum decem milia militū ad prelium adduxerunt. Quid poterūt ergo troiani cum quaſi die illo omēs cōueniſſent eoꝝ acies ī cōflictu? Et qui multo labore laſſati vix alios offendere et vix ſe defendere facultatē integram non habebant. Sed paris etē cū illis de perſia ſupuenit ex pte dextera ſe in bellnm īmiſit et irruens in regem fratriſie ſobrinū vlixis ipſum in ſuis viribus interemit. De cuiꝰ morte valde triſtati ſūt greci. Vlixes autē cupiens ſobrini ſui mortem vlciſci ī paridem irruit furibundus et nitens ipſū cū lancea ſua ꝑcutere ſic potēter equū paridis vulnerauit ꝙ mortuꝰ ī terrā cecidit et ꝑ cōſequēs paris eius aſſeſſor. Veꝝ troilus qui inſiſtentem contra paridem vidit vlixem ſtatim irruit in eundem et nudato enſe ſic potenter ꝑcuſſit eundem in capite ꝙ fracta eiꝰ caſſide viriliter et diſrupta ſquame lorice ſue ſic in eius fronte grauiter inheſerūt ꝙ infixe fronti totam eius faciē ſanguīs riuolus cruentarūt vlixes vero firmus in equo ꝑſtitit et troylū qui eum offendere nitebatur cū enſe ſuo in facie vulnerauit. Tunc fuiſſent reuera troiani dare terga coacti niſi ille fortiſſimus hector cum frībus ſuis troylo dei phebo paride necnō et aliīs frībus ſuis naturalibꝰ viriliter reſtitiſſent. Toto enī illo die hector hincīnde diſcurrens a propria acie ſua quam ſibi deputauerat ex troianis bellando diſceſſerat aciē ipſam ſine ductore relinquens. Sed deinde videns grecos inualeſcere contra troianos ad propriam aciē ſuā redit et ſe cōiunxit eidem. Gaudent ergo troiani qui erant in predicta acie conſtituti ſuum recuꝑaſſe dn̄m et ductorem. Et ſic hector ipſos ſermonibus affectuoſis alloquitur reducens eis ad memoriā preteritas iniurias eis a grecis illatas et eoꝝ reducit ad mentē quid greci eis facerent ſi eoꝝ qđ abſit eſſent forte victores. Monet ergo eos et hortat̄ eoſ dē vt in bello fortiter invaleſcāt et ad victoriam toto corde ꝓrſus āhelent. Tūc omībus eis ī deuota volūtate fauētibꝰ hector ex pte dextra eos ꝑ quādā vallē cōtra grecos duxit ad bellū Illic fit cedes maxīa et multi ex grecis intereūt. Nā et hector eos ſine fine cōfūdit. Rex vero thoas qui caſſibulā filiū regis priami occiderat diſcurrēdo per acies contra troianos multa diſpendia

cōmittit. Quē naturales filij regis priami certiſſime cognoſcentes in vindictā mortis fratris eoꝝ omnes vnanimit̄ cōuenerūt Et ſic omnes ī regē thoas vnanimiter irruūt et ipſum ab equo deiciunt. Qui fracto enſe ab eis nō poterat ſe tueri et ſuis caſſidis ruptis laqueis et eis viriliter extirpatis caput eius inerme ſibi intercidere omnes intendunt. Quod de facili potuiſſent niſi athenarum dux irruiſſet acrius contra eos et quintilenum qui regem thoas durius opprimebat grauiter vulneratum ab equo deieciſſet. Deinde cū contra aliū potenter inſiſteret paris cū quadam ſagitta tenſo arcu pcuſſit ipſū in coſtis. Sed athenaꝝ dux de hijs nichil curans ſua potencia et virtute regē thoas in locis tamē pluribus vulneratū ab eoꝝ manibꝰ liberauit. Et ipſe dux in multoꝝ adiutorio qui ſibi virilit̄ ſuccurrerūt ab eoꝝ manibꝰ liber euaſit Hector autē dū in deuictionē equoꝝ cū ſuis anhelaret firmiter rex humerus ex ꝑte grecoꝝ tenſo arcu et emiſſa ſagitta hectorē in faciem vulnerauit. Contra quē hector ſtatim irruit et nudato enſe ſic ipſum grauiter ꝑcuſſit in capite ꝙ caput eius duas diuiſit ſibi in ꝑtes. Quare mortuꝰ rex humerꝰ nec āplius tendet arcum nec ſagittā emittet. Greci vero ī ſonitu cuiuſdam cornu ſeptē milia pugnatoꝝ contra hectorē faciunt cōuenire qui cū ſuis mirabiliter ſe defendit. Interim vero hector a bello diſcedens ad regem priamū prēm properat monēs illū ꝙ ei cū gente ſua ſuccurrat. Qui cū tribus milibꝰ pugnatoꝝ recenciū in eoꝝ virtute acceſſit ad bellum. Illic cōflictus fit maximus et ex grecis precipue magna cedes. Aiax et hector in bello cōueniunt ambo deiciunt ſe ab equis. Menelaus interficit quēdam admiratū troianorū. Celidonas autē interficit molem de horep nepotē regis thoas. Madan vero de clara irruit in regem ſedium quē tā dire pcuſſit in facie ꝙ oculū eius euulſit. Sardellus autē quendam aliū admiratū grecorū interfecit. Margaritō vero ī thelamonē irruit ſed thelamon ipſum grauiter vulnerauit. Famielis autē regem prothenorē deiecit ab equo Sic et ceteri fratres naturales filij regis priami contra grecos eos letaliter offendendo virilit̄ ſe geſſerunt. Inter hec autem rex duglas irruit in meneſteum

66

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

athenarum ducem et cum forti lancea ipſum impellere virili
ter eſt conatus. Sed meneſteus dum careret lancea ipſum im
petit enſe nudo et tam potenter ſuper caſſidem eius ipſum per
cuſſit in facie ꝙ caſſidis naſali diſrupto ipſum vulnerat in
naſo. Theamor autem videns fratrem ſuum ſic leſum in facie
et in naſo irruit in meneſteum ſic potenter ipſum impellens
ꝙ ipſum deiecit ab equo . Sed meneſteus ſtatim in animi ſui
virtute ſurrexit. Verum alius frater eorum ipſum aggrediēs
ſicut erat pedes crudeliter vexat eum et ſic omnes tres fratres
contra meneſteum crudeliter inſiſtētes aut ipſum occidere aut
ipſum capere tota intencione feſtinant. Sed meneſteus a pre
dictis tribus fratribus viriliter ſe defendit. Verum quia ſemꝑ
plures contra vnum conſueuerunt pocius preualere predicti
tres fratres in ictibus enſium diſrumpunt eiꝰ arma frangūt
eius ſcutū et caſſidem caſſant eius et ſpicialiter thoras maior
frater eorum qui meneſteum viriliter opprimit et infeſtat. Tūc
rex theuter qui vidit meneſteum in tanto diſcrimine conſtitutū
in adiutorium eius feſtinus accelerat . Sed hector ibi occurrit
appetens ducem meneſteum et regem teutrum violenter oppri
mere et male ſine dubio ceſſiſſet ambobus niſi ille fortiſſimus
aiax cum mille militibus in hectorem irruiſſet quos ſecum in
ſua duxerat comitiua . Ad hec ex parte troianorum ſuꝑuenit
perſarum rex cum quinqꝫ milibus militum ſub ductu paridis
et pulſante paride quoddam cornu contra grecos viriliter ſe in
mittit ſuperuenientibus eciam aciebus aliȷ̈s troianoꝝ. Quare
bellum interim feruet aſperrimum et troiani aduerſus grecos
nimium preualentes in virtute hectoris grecos dare terga com
pellunt. Qui hector tūc vt ſcripſit dares mille milites interfecit
ex grecis. Interea hector dum per turmas bellando diſcurreret
merion rex obuius ſibi occurrit coram quodam tentorio inter gre
cos quem vt vidit hector dicit ei. Nequam proditor ecce nunc
venit hora tua vt condignam mercedem accipias de eo ꝙ a me
patroclum temere preſumpſiſti. Et facto impetu cōtra eum ipſū
deiecit ab eoquo et ſtatī hector deſcendens in ipſū pedem inſiluit

et nudato enſe caput eiꝰ ab eo velociter āputauit. Armis tn̄ eiꝰ
quibus ipſe erat indutus ipſum nichilominꝰ expoliare feſtinat.
Sed meneſteus athenarum dux qui hoc repente ꝑcepit accepta
quadā lancea in hectorē irruit ex tranſuerſo hectore nō aduertēte
motum illius quare ipſum grauit̄ ꝑcuſſet et vulnerauit eundē
et timens furorē hectoris ſtatim ab ipſo receſſit. hector vero ſe ſen
ciens vulneratū bellū egredit̄ et vulnus ſibi factū fecit ſic lega
liter alligare ꝙ ſanguis ab eo manare nō poſſet et cōfeſti miteꝝ
redit ad bellum. Tunc impetu ire ſue plures grecos interfecit.
Nam vt daretis liber pro veritate teſtat̄ ꝙ poſt vulnus ipſū eo
die pluſq̄ mille grecoꝝ milites īterfecit. Quare grecoꝝ exercitū
in tanta debilitate et puſillaīmitate deduxit ꝙ nullus grecorū
habebat animū defendēdi nec agamenoni facultas libera cōpe
tebat ꝙ ad bellum accedere potuiſſet. Quare troianoꝝ exercitus
in magna virtute procedens fugientes grecos vſq̄ ad eoꝝ tento
ria ſunt ſecuti quorum tētoria troiani quaſi victores inuadunt
viriliter et predant̄ arreptis ab eis armis multis auri et argēti
copia magna in numerꝰ quā in ſcrineis inuenerūt eoꝝ et omē
eoꝝ ſuppellectilē aſportantes ad eoꝝ preſidia detulerūt. Hec fuit
illa dies in quo ipſi bello ꝑpetuus potuit eſſe finis et troiani tūc
fuiſſent in totum abſolute victores ſed fata que ſtatuūt aduerſa
futura contingere omīa cecis niſi dijs tollunt de medio per que
aduerſa que futura diſponunt finaliter compleantur. O q̄m fuit
fragilis et debilis cauſa que troianoꝝ oculos obcecauit et ſpecia
liter hectoris qui ꝑſone ſue cladem et ſuoꝝ oīm futuros interitꝰ
nō potuit euitare cū eo die in tanta potencia troiani fuiſſent ꝙ
oēs grecos qui venerant cōtra eos morti tradere finaliter potu
iſſent et ſe abī minentibꝰ et futuris ꝑiculis liberare. Sane nō eſt
illa laudabilis in aliquo ſapiēte diſcrecio qui cū ē aliquo graui
negocio et mortali periculo prepeditus et fortuna ſibi arridet qꝺ
per ſubitos et felices euentus ſe poteſt ab eo ſubito liberare ſi fe
licem ſucceſſum quē ſibi fortuna repēte miniſtrat grata manu
nō recipit nec eſt gratꝰ et finaliter nō proſequitur apprehendēdo
illud qꝺ vna hora ſibi exhibet felix euentus. Nam et ſi ea hora

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

illud non recipit et admittit ſed differendo dimittit nūquid ad
illud qđ vno puncto potuit obtinere poterit poſtea ꝑuenire. Nā
fata ſi bonum quod ingerunt ſtatim non recipitur ab ingrato
tamq̄ ille qui per ingratitudinis vicium illud āmiſit exhibere
poſtea ſibi negant. Sic ſucceſſit infelici hectori illo die in quo cū
potuiſſet cum ſuis hoſtibus in multa gloria obtinere triumphū
dum per acies diſcurreret perſequendo hoſtes ſuos qui tamq̄ de
uicti ab eius et pre aliorum troianoꝝ facie fugiebant ex parte
grecorum obuius ſibi venit exonee filius ſobrinus eius filiꝰ the
lamonis qui thlemonius aiax proprio nomine dicebatur et qui
in virtute bellandi ipſum viriliter eſt aggreſſus cum fuerit vir
in viribus multum potens et fortiſſimus preliator. Cōmittitur
ergo durum prelium inter duos tam fortes ſed dum inter ſe bel
lando mutuo loquerentur agnouit hector illum eſſe filiū amite
ſue et ſibi in linea ſanguinis eſſe cōiunctum. Quare hector mul
tum exinde factus letus depoſitis armis in multa ſibi eſt affecti
one blandicis placere ſibi in omnibus ſpondet et monet ipſum
et rogat vt ad troiam veniat inſpecturus amplam ſui generis
ꝑntelam. Ac ille negans et ſaluacionem ſuorum grecorū et ſue
patrie non obmittens rogat hectorē vt ſi tanta affectione ducitur
erga eum faciat et procuret ꝙ troiani eo die amplius bellare de
ſiſtant et ꝙ grecos fugientes amplius non ſequantur ſed vt tro
iani ad vrbem redeant grecis eo die in pace dimiſſis. Annuit ī
felix hector quare incontinenti emiſſo tube ſonitu omnes troia
nos retrocedere et a bello deſiſtere fecit et mandat. Jam troiani
in grecorum naues ignem inmiſerant iam omnes naues fina
liter exuſſiſſent ſed ad vocem et mandatum ducis eorum omnes
totaliter deſtiterunt et multo dolore cōmoti omnes ad ciuitatem
redeunt et ingrediuntur in ipſa. Et iſta fuit cauſa leuis quare
troiani illo die ab obtentu eorum victorie ceſſauerunt ad quam
poſtea numq̄ fatis contradicentibus peruenire potuerunt.

De tercio bello grecorum et troianorum iam obſidione firmata. xxxvij.

Portis igiṫ ciuitatis ſeratis ſeris et repagulis veniēte
nocte firmatis parū ante ſurgentē aurorē troiani viri
pugnantes et qui ſani erant arma capiunt armātur
ex eis expectātes diei lucem vt ad iuſſum hectoris ducis eoꝝ ad
bellum exeant cōtra grecos ſed die facto greci ad regem priamū
nūcios tranſmiſerūt petentes menſiū duoꝝ inducias treugā fir
mata. Quod rex priamus et hector ex maioꝝ eoꝝ exercitus cō
ſilio cōceſſerunt. Greci vero interim mortuos eoꝝ quos voluerūt
tradiderūt funerarie ſepulture. Ceteroꝝ autē corpa mortuoꝝ ſta
tuerūt igne cōſumi. Achilles vero qui de morte patrocli ſolari nō
poterat de morte eius meſtis et flebilibus vocibus in multo flu
mine lacrimaꝝ diuſcius lamentatur. Demū cōſtructa patrocle ex
inſigneis marmoreis lapidibus ſepultura patrocli corpus ī eā
in multo honore fecit achillis humari et ſecura firmitate recōdi
Hic grecoꝝ maiores corpꝰ ꝓthesilai in quodā cenothaphio mar
moreo in ope nimiū precioſo ſtatuerūt in honore maximo vt mo
ris tūc erat maioꝝ nobiliū ſepeliri. Troiani vero interea treuga
ipſa durante eoꝝ vulneratos in bello peritoꝝ cōſilio medicorū
curare faciūt et mederi ita quod in fine duoꝝ menſiū eorūdem
reſtituti ſunt qui vulnerati fuerant integre ſanitati. Sed et rex
priamꝰ qui de morte caſſibule naturalis filij ſui ſolari nō poterat
pro eo qđ eū magis quā capiat paternus affectꝰ tenerrime dili
gebat ī lacrimis vacauit diucius et lamentis . Sed demū ipſū
in tēplo veneris plurimū ꝑcioſo recondit in ſepulcro. Caſſandra
autē plorancium audiens gemitus et lamenta furioſas exclamat
in voces dicens. O miſeri troiani quare vrōꝝ excidia ſuſtinetis
que de vobis omnibꝰ ſimilia ſunt futura? Cur pacem grecoꝝ nō
queritis anteq̄ gladio trucidāte omēs nequiter pereatis et nobi
lis troia detur in ꝑceps et funditus in ruinam et anteq̄ ꝑuulis
matres eaꝝ orbate ꝑpetuas ipſe et ipſi defleāt ſeruitute? Sane
nō fuit helena tam doloroſo tā exicioſo precio cōparanda vt oēs
vſq̄ ad unū ſub tanto martirio pereamus. Quare dū caſſandra
talibus clamoribus nullum finem imponeret rex priamus eam
capi mādauit et ſub firmi clauſtri cuſtodia tempe multo detrudi

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

Interim igitur palamides multum conqueritur inter grecos de
dñio agamenonis ſic prelati. Dicit enim eum indignum tanti
dñij poteſtate ſuper tot reges et duces et ſe eo aſſerit digniorem
nec eum habere in prepoſitum ſuum velle cum ipſe eũ ſibi nõ
elegerit nec ab omnib⁹ regibus qui ſunt numero pluſq̃ trigĩta
fuerit electus ſed a tribus tantũ preter cõſenſum omnium alioꝝ
Sed circa hec tũc nõ fuit vltra proceſſum. Elapſis igit̃ inducijs
treuge date agamenon in ſue poteſtatis officio peruigil et cura
exinde debite ſollicitudinis incaleſcens omnes acies ſuas ſtudio
vigili ordinauit et qualiter ordinate et cõpoſite accedere deberẽt
ad bellum. Primam aciem igitur cõmiſit achilli ſecundam dyo
medi terciam menelao quartam meneſteo athenaꝝ duci et oẽs
alias acies ſubſequẽtes idẽ agamenon ſatis diſpoſuit circũſpecte
Hector autẽ ſuas acies in multa diſcrecione cõſtituit. In prima
poſuit troilum et ceteros ductores viros multa ſtrẽnuitate con
ſpicuos prout fuit vigili ſibi cure. Nec mora hector cum omnib⁹
aciebus in multa animoſitate portã exiuit ciuitatis et grecorũ
licias tranſcendendo cũ eis in campũ liberum ſe recepit. Hector
igitur primus contra achillem quem bene cognouit ingerit ſe ĩ
conflictum et dum vterq; eorum vn⁹ videlicet contra aliũ equũ
ſuum coegit in curſum ambo ſe viriliter concurrentes dum alter
eorum impegit in alterum ambo ſe ſternũt abequis iuxta illud
Fortis impegit in fortem et ambo pariter corruerunt ſed hector
celer primus inſurgit equum ſuum violenter aſcendit achillẽ
deſerit et ſe velociter ingerit in turmas. Maiorem ꝑtem ſibi occur
rencium interficit alios vulnerat alios crudeliter proſternit ab
equis et in virtute ſue potencie omnes grecorum acies fortiter de
bellando diuidit perforat et vbicumq; vult grecorum ſanguine
madefactus incedit percuciendo quoſcumq; occurrẽtes enſe nudo
crudeliter. Achilles vero non poſt magnam horam inſurgens
equum aſcendit et faciens impetum in troianos multos occidit
ex eis et tam diu per turmas vulnerãdo diſcurrit ꝙ hector venit
obuius in virtute bellãdi. Inſilijt igitur ſtatim alter in alterum
in fortitudine lancearum ſed hector ſic potenter achillem ĩpulit

ꝙ licet lancea per plures confregiſſet partes achilles ſe in equo
ſuſtinere non valens ab equo ſternitur et preceps peruenit in
terram hectore cape intendente equũ achillis. Sed cum contra
dictores multi contra hectorem inſultarent achilles equum ſuũ
feſtinus aſcendit et hectorẽ impetit enſe nudo et ſic potenter ipſũ
percuſſit in caſſide ſupra caput ꝙ hector nutans neceſſario in
ſuarum viribus lacertoꝝ vix ſe tenuit firmũ in ſella. Hector tñ
ꝑterea multo dolore furoris accenſus irruit in achillẽ et ipſum
impetens in multa potencia enſe ſuo tribus ictibus ictus ictibꝰ
cumilando ſupra caſſidem percuſſit achillem ſic ꝙ per eius faciẽ
riuoli ſanguinis defluxerũt. Mortale igitur bellũ inſimul ambo
fouent ita ꝙ ſi diucius ambo in eodem ſimul bello perſtitiſſent
vel alter ĩterfeciſſet alterum vel ambo forte ſe mutuo ꝑimiſſent.
Superuenientibus ergo notis eorum de aciebus partis vtriuſqꝫ
vix ſunt ambo inuicem ſeparati. Tũc dyomedes bellum ĩtrauit
cum maxima acie pugnatorũ et ex aduerſo troilus aciam cum
maiori. Dyomedes et troilus ambo bellando conueniunt et ab
equis ſe ſternũt ſed dyomedes primus inſurgit equum aſcendit
et troilum ſtantẽ pedes ſic violenter percuſſit in capite ꝙ circulũ
caſſidis eius fregit. Verum troilus in virtute virium ſuarum
diomedes equum interficit ita ꝙ ambo pedes inſimul preliantur
Greci vero diomedem et troiani troilum aſcendere faciũt equos
et ambo equites repetunt certamẽ eoꝝ. Sed diomede in multa
potencia p̄ualente cepit troilum et captiuũ eum ducere ad preſi
dia ſua conatur. Troiani vero contra diomedẽ acriter inſiſtẽtes
troilum a manibus ſuis eripiũt in multo diſcrimine perſonaꝝ
Tunc diſcurrendo per acies ſuperuenit menelaus et ex parte tro
ianorum paris acceſſit ad bellum qđ iam durius inſtauratur.
Hector autem in bello quaſi furibundus anhelans quoſcumqꝫ
ſibi occurrentes interficit. Et dum veniſſet obuius contra eum.
Quidam miles nouus nomine boetes in virtute ſua animoſe
hectorem eſt aggreſſus. Sed hector tam grauiter percuſſit ipſũ
in capite ꝙ ipſũ a vertice vſqꝫ ad vmbilicũ duas diuiſit in ꝑtes
qui ſtatim mortuus expirauit. Hector autem equũ eiꝰ accipiẽs

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

ipſum fecit per quēdam ſuū famulum aſportari. Rege artilego
boetis conſanguineo hoc vidente. Qui dū conſanguinei ſui mor
tem moliretur vlaſā duce hectorem eſt aggreſſus. contra quem
hector potenter irruens ipſum non obſtantibus eius armis per
medium enſe ſcindit. Qui ſtatim mortuꝰ ſpiritum īter pugnātes
emiſit. Rex vero prothenor auſu temerario ductus extranſuerſo
inuadit hectorem et tā potenter ipſum impulit non aduertente
hectore eius inſidias ꝙ hectorem eiecit ab equo. Sed hector incō
tinenti conſurgens equum aſcendit in prothenorem irruit et tā
dire in ſuarum vitiū virtute percuſſit ꝙ corpus eius duas dimi
diauit in partes. Achilles autem poſtq̄ prothenorē ſic vidit ex
tinctum qui ſibi in linea ſanguinis attinebat de morte ipſiꝰ gra
uiter fuit triſtatus. Sed et rex arthilogus de morte ꝓthenoris
in ſimili dolore concurrit cum ſibi eſſet ſatis propinqua conſang
uineitate coniunctus. Achilles ergo et arthilogus ſimul cum eo
recuperacare corpus prothenoris regis intendunt quod facere
minime potuerunt. Inualeſcentibꝰ enim in multa virtute tro
ianis greci neceſſario ſunt dare terga coacti quos troiani preci
pitem coegerunt in fugam ipſi eos fugientes vſqꝫ ad eorum ter
toria perſequuntur occidendo eos et ipſos letaliter vulnerando
die tunc ad noctis tenebras iam vergente quare ſuperuenientes
noctis vmbraculo prelium eſt dimiſſum.

De quarto bello. xxxviij.

ASpectibus igitur hominū crepuſculo ſuccedente ſtellis
per celi ſpacium vndiqꝫ patefactis quas nox que nocet
oculis intuencium in aſpectibus ceterorum propter ſue
tenebras cecitatis aperte vulgauit omnes reges grecorū duces
et principes in ipſius noctis conticinio in regis agamenonis tē
torio cōuenerunt vbi tantūmodo de morte hectoris qualiter ipſū
interficerent multa conſilia ſunt ſcrutati. Dixerunt enim. Niſi
hector ab hac vita deficiat et ſemꝑ exiſtat ī bellis troiani nūquā
poterunt ſic offendi ꝙ greci poſſint de eis ad victoriam ꝑuenire

Ipſe enim ſolus eſt troianorum omnium defenſor et grecorum offenſor mortalis. Sed demum oēs ipſi ſe in hoc conſilio firma uerunt ꝙ affectū talis negocij achilles recipet ſupra ſe nō tantū ſuis viribus ꝙ̄ ſuo ſagaci ingenio terminandū. Quod achilles ſuſcepit ſollicito animo exequendum cum pocius eius interſit ex eo videlicet ꝙ hector multū affectat necem achillis. Et niſi achil les ſibi preuideat de facili poterit per manus hectoris fortuna ſiniſtrante perire. Cuius rei cauſa eorum de hoc finito cōſilio ſin guli eorum ad tentoria ſua redeūt nocturne cauſa quietis. Adue niente ergo diei ſequentis diluculo mane facto greci cateruatī ad arma concurrunt. Nam ille fortiſſimꝰ omniū hector quietis impaciens portam iam exiuerat ciuitatis et in campum perue nerat cauſa belli cum ſua acie quā ſibi inſtituerat de troie pug nantibus ſpecialiter oriundis quem ſecutus eneas cum acie ſua poſt eum velociter properauit. Sic paris ſic deiphebus ſic troilꝰ ſic ceteri cum aciebus eorum dudū per hectorē ordinatis. Primꝰ igitur ante omnes hector ingerit ſe ad bellum cum troianorum omnibus aciebus in quibus fuerunt vt ſcripſit dares ex ipſarū troianorum ꝑte. c. l. milia pugnatoꝝ. Inter vtramqꝫ ꝑtem bellū letale cōmittitur paris cum illis de perſia pugnantibꝰ in arcubꝰ et ſagittis bellum ingrediens innumerabiles grecos interficit et letalia vulnera figit in illos. Interim rex agamenon bellum ingreditur quem ſtatī hector aggreditur ipſum ab equo ſternit grauiter vulneratum. Achilles vero tunc inuadit hectorē caſſidē eius in eius capite in ictuum multorum virtute confregit. Sed illico eneas et troilſs irruunt in achillem in multitudine pug natorum cum ille fortiſſimus diomedes irruit in eneam quem grauiter vulnerauit qui in properando dixit enee. Aue bone cōſi liarie qui rege priamo dediſti fidele conſiliū de me in ſua preſen cia offerendo. Sed pro certo ſcias ſi huiuſmodi prelia ſepiꝰ fre quentabis et in manus meas te contingat incidere pro certo de meis manibus morieris. Et tunc facto impetu contra eum ipſū deiecit ab equo. Ad hec hector inuadit achillem mirabiliter eum grauat. Iam caſſidem eius ſibi confregerat cape nitens illū ſed

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

filius tidei qui ſic interceptum vidit achillem in hectorem irruit
furibundus et eleuato enſe in ſuorum fortitudine brachiorum
percuſſit illum et ei graue vulnus inflixit. Hector autē ad ictū
vulneris nullatenus ſtupefactus accepto enſe in multo furoris
rabie in diomedem qui iam contra eū viriliter inſiſtebat potēter
irruit ſic ꝙ ipſum deiecit ab equo. Troilus autem videns diome
dem in terra deiectum proprio deſcendit ab equo et cōtra diome
dem ſe ingerit enſe nudo contra quē diomedes viriliter ſe defendit
Achilles et hector mutuo prelianť. Interim vero menelaꝰ vlixes
polimetes neptolomus palamides ſtelenꝰ meneſteus dux neſtor
rex thoas eurialus philiteas et theſeus ex ꝑte grecorum veniūt
in conflictum. Sed ex ꝑte troianorum veniunt omnes reges qui
in adiutorium venerunt eorum cum multitudine gentis eorum
necnō et omnes acies dudum per hectorem ordinate. Mirabile
bellum cōmittitur inter vtroſqꝫ. Rex agamenon et rex pandalꝰ
inter ſe inſimul concurrentes ambo ſe ſternunt ab equis. Rex
meneleaus venit obuius paridi qui ambo ſe tunc veraciter cog
nouerunt. Et dum ambo ſe offendere conarentur menelaus in
pulſu ſue lancee paridem vulnerauit ſed in armorum ſuorum
tutela fidelium paris grauiter non eſt leſus. Et nichilominus dū
ad ictus potenciam paris ſe ſuſtinere nō poſſet deiectus ab equo
peruenit in terram. Qui multo dolore cōfuſus erubuit propter
helenam cum ſic ipſum dehoneſtaſſet enormiter menelaus. Inter
regem araſtrū et vlixem maxima fit bellandi contencio. Vlixes
ipſum ab equo deiecit et equum eius captum ab eo ad tentoriū
ſuum mandat polimedes irruit in apon ſenem et letaliter ipſū
percuſſit qui eo vulnere mortuus expirauit. Neptolomus archi
legum regem aggreditur ambo deiciūt ſe ab equis. Polidamas
irruit in palamide ipſum vulneratū ab equo ſternit et turpius
verbis debilitatem eius improperauit eidem. Rex ſtelenus regē
carram vulneratū ab equo ꝓſtrauit. Polimenis irruit in ducē
athenarū quem ab equo deiecit equū ab eo aufert et aſportauit
ad ſuos. Polithohas irruit in regē remū ſed ambo deiciūt ſe ab
equis. Rex theſeꝰ et rex auriolus ābo bellādo cōueniūt mutuo ſe

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

velnerant et ſe ab equis deiciunt virtuoſe. Naturales filij regis
priami fecerunt de eorum ſtrēnuitate mirabilia illo die multos
interficiendo grecos et multos ex eorum regibus confundendo.
Rex thelamon regem ſardonem aggreditur ambo inualido in
pulſu forcium lancearum grauiter vulneratos ſe ſternunt ſic ꝙ
quaſi ſemiuiui in medio bellanciū deciderunt. Rex thoas et achil
les qui conſanguinei ſimul erant ambo ſimul aggrediuntur
hectorem duris ictibus et frequentibus ipſum inpugnant ab hec
torem capite eius caſſidem exſtirpant et in multis locis percuſſe
runt eundem a quibus multi riuuli ſanguīs defluebant. Sed
hector in regem thoas viriliter inſiſtendo percuſſit ipſum in faciē
ſic ꝙ medietatem naſi detruncauit eidem. Tunc fratres hectoris
naturales ī hectoris ſuccurſū feſtinanter accelerant mirabiliter
grecos premūt regem thoas capiunt regem thelamonē letaliter
vulnerauerunt deicientes ipſum ab equo ita ꝙ quaſi mortuus
ad grecorum tentoria fuit delatus et regem thoas captiuum ad
ciuitatem troianam per deiphebum et antenorem tranſmiſerūt
Menelaus paridem offendere multū intendit ſed paris qui hoc
bene percepit tenſo arcu in menelaum ſagittā emiſit letali toxico
delinitam et ſic grauiter eum vulnerauit ꝙ eum quaſi mortuū
ad ſua tentoria detulerunt. Sed illico medicorum conſilio ligato
vulnere menelai et vulnus in vnguentorum medicamine dul
corato idem menelaus redit ad bellum paridem querit de eo cu-
piens furibundus vlciſci. Paridem inuenit et in pulſu ſue lancee
menelaus in paridem irruit volens eum letaliter vulnerare qđ
reuera feciſſet niſi eneas inter vtrumqꝫ in ſcuti ſui tutamine ſe
medium inmiſiſſet. Paris autē tunc erat inermis cum ipſe tūc
ſuis armis ſpōtanea voluntate exuiſſet quod quia preſenſerat
menelaus morti tradere facilius eum putauit. Eneas vero in
maxima militū comitiua pro eo ꝙ paris non erat armatus ipſū
ad ciuitatis preſidia cōmeauit ne forte tunc eū offenderet mene
laus. Sed hector menelaum aggreditur cape nitens eū ſed eiꝰ
voto fruſtratus eſt pro eo ꝙ in eius ſuccurſum ſtatim acceſſit in
numerabilis quantitas pugnatorum. Quare ipſo dimiſſo cum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

ſuis in turmā grecorum irruit ipſos īterficit et in ſua et ſuorum
potencia greci ſunt dare terga coacti troianis grecos inſequen
tibus fugientes. Sed vergēte die ad ſolis occaſum bellum diri
mitur et vtriuſqꝫ partis acies mutuo ſeparantur.

De quinto bello. xxxix.

TRoianis igitur intrantibꝰ ciuitatem et portis in neceſ
ſaria firmitate concluſis ſufficientibꝰ excubijs ordinatis
qui fuerunt bello laſſati nocturne quieti comode ſe dede
runt. Mane vero facto rex priamus ſtatuit eo die non eſſe bellā
dum ſed pro quibuſdā ſecretarijs ſuis miſit hectore videlicet pari
de troilo deiphebo polidama antenore et enea vt ad ipſum acce
dant. Quibus venientibus et exiſtētibus coram eo rex priamꝰ
eis dixit hec verba. Noſcitis qualiter regem thoas carcer noſter
tenet incluſū qui in multa furoris audacia nō offenſus a nobis
in noſtre ciuitatis exterminium et veſtrarum perſonarum exci
dium irreuerenter acceſſit. Quare iuſtum michi videtur vt per
nos iniqua morte pereat qui voluit nos perire vt vel ſit furca
ſuſpēſus vel alio modo nequiter detruncatus. Quid inde vobis
videtur per vos michi conſilio ſalubri pandatur. Eneas autem
qui primꝰ ad verba reſpōdit humiliter dixit regi. Abſit a vobis
domine mi rex vt ad tantum facinus veſtra nobilitas protrahat
cū rex thoas ſit de melioribus grecie multis ſuffultus conſangui
neis et amicis et vos cū habeatis multos qui cari ſūt vobis poſſꝫ
eoꝝ aliquis a grecis intercipi quē greci ſimili pena afficerent
carum vobis quod forte pro maxima mūdi ꝑte vos ſic factum
eſſe aliquatenꝰ nō velletis. Et ſic magis reuera ſalubre ſit regē
thoas captū ſalubriter cōſeruare qui pro aliquo vrōꝝ in bello ſi
militer īterceptto poſſꝫ recuperacionis bnficio cōmutari. Hector aūt
enee cōſiliū vtpote laudabile ſatis ꝓbat. Sꝫ rex priamꝰ adhuc
in ſuoꝝ ꝟboꝝ intēcione ꝑſiſtēs iterꝝ dixit eis. Si ſic decreueritis
faciendū iā greci putabūt et dicent nos ſic eſſe repēte timore cō
cuſſos ꝙ de offendētibꝰ nos nō habemꝰ audaciā faciendi iuſticiā

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

nec vlaſcā ꝙuis de hoc totus in veſtri conſilij iudico cōquieſcam
Et ſic conſilio fine facto eneas ad videndū helenā ſe velle dixit
accedere. Quare troilum et anthenorē ſecum ducit et eis intrā
tibus aulam pulchritudinis vbi tunc regina hecuba que cum
helena reſidebat in comitiua multaꝝ nobiliū mulieꝝ eneas et
troilus niſi ſunt helenam multis affectuoſis ſermonibus cōfor
tare quare regina hecuba vtputa ſapiens et diſcreta eos ad
tuicionem perſonarum ipſorum ciuitatis troie et regis priami
ſatis deuotis eloquijs fuit hortata. Greci vero īter ſe de dampnis
eoꝝ et ſuoꝝ nece a troianis nequiter occaſoꝝ nimiū tacito mur
mure cōqueruntꝰ et dicūt ſe fuiſſe maxia fatuitate detentos qui
ad tam grauia diſpendia perſonaꝝ eoꝝ et rerū ſe ſubmittere
voluerunt a quibꝰ potuerūt tunc ſe ſalubriter abſtinere. Eadem
autem nocte aer obductus multa caligine tenebrarum multas
aquoſas diffudit pluuias in multoꝝ ymbriū tempeſtate veluti
ſi numꝙ̄ pluuias effudiſſent vel quaſi forte dij vellent terris ef
fundere deucalionis diluuiū iterato. Et qđ fuit ipſo grauius ea
nocte ventorū rabies tanta et tam grauis inualuit ꝙ omnia
grecorum tentoria violenter a ſoli ſtacione defixit propter que
grecis magna doloris et laboris ſupuenit anxietas. Sed demū
nocte fugata fugerunt tenebre et predicte eaꝝ ſocie tempeſtates
cum aduenientis diei ſplendor ſerenus apparuit qui totam terre
faciem illuſtrauit. Tunc greci armis eoꝝ protinus induuntur
ad bellum procedere feſtinantes. Achilles autem primus inter
grecoꝝ acies campum petit. Deinde dyomedes agamenon mene
laus et athenaꝝ dux. Achilles autē primus in hupon grandē
giganti ſimilem regem de lariſſa impetuoſe irruit et ſic eū ſua
lancea achilles impulit et percuſſit ꝙ ipſum mortuū proſtrauit
ab equo. Rex orthomenꝰ aggreditur hectorem quē hector ꝓtinꝰ
interficit. Dyomedes regem antipum contra eum bellantem in
multa virtute pemit. Tunc duo reges quoꝝ vnus vocabatur
epiſtropus et aliꝰ cedius in bello ſe ingerūt et in hectorē irruūt.
Sed epiſtropus contra hectorē quē bene cognouit multis contu
melioſis verbis inſultat et poſt verba in eum impetum faciens

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

ipſum cum lancea ſua viriliter impulit ſed a ſella ipſum nō po
tuit remouere. Quare iratus hector verbis eius et factis ipſum
aggreditur et eum crudeliter interemit et dixit aduerſus eum.
Contumelioſa verba que diffundebas inter viuos vade et āmo
do inter mortuos ſi potes effundas. Cedius vero vidēs mortuū
regem epiſtropum fratrem ſuum multo dolore torquetur et ītēr
ſui doloris anguſtias mille ſuos milites quos cum multis alijs
in adiutorium grecorum adduxerat ſtatim cōuocat et mandat
eiſdem ꝙ cum eo hectorem inſequantur vt ipſum interficiat et de
morte fratris ſui optatam conſequi valeat vlcionem. Nec mora
predicti milites cum rege cedio hectorem niſecuntur ipſum inue
niunt inter turmas et in eum irruunt et ab equo deiciunt. Sed
rex cedius dum extenſo brachio cum enſe ſuo putat ipſum leta
liter vulnerare hector qui vidit ictum ab extenſo brachio veni
entem regē cedium in ipſo brachio percutit ſic ꝙ ipſum brachiū
ab humero diuidens regi cedio detruncauit et in ipſum regem
cedium appropinquans qui iam ab equo ruebat ipſum proti
nus interfecit. Eneas vero regem amphimacū bellantem inter
fecit. Achilles primus īter grecorum acies campum petit deinde
diomedes agamenon menelaus athenarum rex menelaus rex
Item rex thelamon rex vlixes rex diomedes rex arcelaus rex
mathaon et rex agamenon cum eorum aciebus omnibus bel
lum intrant. Ingerens prelium et letale cōmittitur et ex vtroqꝫ
latere multi decadunt interfecti iam ſol diei medium conſtitue
rat cum omnes greci venientes in vnum ſimul omnes irruunt
in troianos et in eorum tunc virtutis audacia ſit troianos gra
uiter oppreſſerunt ꝙ eos vrgente neceſſitate conuertunt in fu
gam. Tunc achilles regem philis bellantem cum eo in ſua
potencia virium interfecit. Sed hector exinde multo furore ba
chatus duos de regibus grecorum interficit regem videlicet alpi
nor et regem dorion. Tunc troiani in virtute hectoris ſic acriter
debellantes campum recuperant et durius grecos premunt.
Sed et rex epiſtropus tunc a ciuitate troiana animoſus exiuit
cum tribus milibus pugnatorum qui omnes bello ſe inmiſcent

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

grecos impetūt crudeliter et confundūt et multo forcius ex eo ꝙ
idem rex epiſtropus quendam ſagittariū ſecum duxit. Hic autē
ſagittarius ab vmbilico inferiꝰ erat equus et ab vmbilico ſupiꝰ
erat homo et in omni ſui ꝑte tam ſuperius ꝙ̄ inferius coopertus
erat ex innatis in eo pilis equinis. Facies autem eius licet ſimi
litudinis eſſet humane tota erat rubea igneum colorem habens
ac ſi carbo eſſet accenſus et equinos ex ore producebat īnitus
oculi autem eius erant ſplendidiores facie in ignis ardore cum
duas ardentes flāmas igneas preſentarēt propter qđ intuētes
horrore maximo deterrebat. Hic nulla armorum tutela veſtitus
cum quodam arcu in manu et quadam faretra plena ſagittis
bellum intrauit. In cuius ingreſſu equi bellanciū valde ꝑterriti
non obſtante ꝙ ſeſſores eorum multis eos ſtimulis calcarium
ꝑurgebant retrogradi facti ſubitam quaſi rapiebantur in fugā
Sed cum magno labore bellantes ipſos detinuerunt in bello nō
minus ipſius ſagittarij ipſi bellantes impetū dubitantes quia
in arcu et ſagittis ſuis grecos plurimos interemit. Hector autē
interim ducem ſalemine polixenart qui aduerſus eum plurimū
inſiſtebat occidit et ita dux mortuꝰ exſpirauit. Dum igitur ſagit
tarius interficiendo grecos per turmas diſcurreret et troiani cru
delius inſiſterent contra grecos in fugam de neceſſitate cōuerſi
greci ad tentoria ſua feſtinant quos troiani vſqꝫ ad ipſa tētoria
ſunt ſecuti vbi mirabilis caſus emerſit. Nam dum ſagittarius
grecos fugientes coram eo acriter infeſtaret et troiani grecos in
tentorijs eorum opprimerent diomedes qui fugiens ad tentoria
properabat coram vno de papilionibus ſagittariū inuadit quē
nullomodo vetare potuit propter troianos qui cōtra eū a tergo
viriliter anhelabant. Neceſſarium ergo fuit plurimum diomedi
vt inuitus et dubitans in ſagittarium irruiſſet. Qui ſi voluiſſet
retro redire cum ipſe eſſet grauiter vulneratus ī manibꝰ hoſtiū
incidebat quem viuere nullatenus ꝑmiſiſſent. Sagittariꝰ ergo
dum diomedem in ſua ſagitta perciteret diomedes cum enſe ſuo
tam viriliter percuſſit ipſum inermē ꝙ mortuum ipſum deiecit
in terram. Interim greci campum recuperant et troiani neceſſario

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

retrocedunt. Hector vero in achillē irruit in equi ſui curſu celeri
nomine galathea contra quem dum occurriſſet achilles in coꝝ
ictibus lancearum ſe ab equo ambo deiciunt ſed achilles equū
ſuum primo celer aſcendit et in equū hectoris manus extendēs
cepit eum ipſum ſatagens aſportare. Hector autem iratus ad
ſuos potenter exclamat ne equum ſuum abire ꝑmittant propter
quod infiniti milites ad ipſius equi recuperacionem viriliter intē
dentes irruūt in achillem et graue bellū committitur īter vtroſqꝫ
Sed fratres hectoris naturales in multa virtute bellantes vio
lenter extirpant de manibus detinencium galatheam et illum
hectori reſtituunt qui exinde eſt mirabiliter factus letus. Uerum
dum hec inter vtroſqꝫ in multorū excidio gererentur et antenor
inter grecorū acies bellādo diſcurreret greci in multitudine pug
natorum antenorem capiunt et captū ad tentoria mittunt eoꝝ
Sed cum iam dies declinaſſet ad veſperas et ſole iam vergente
interim ad occaſum non obſtante ꝙ polidamas antenoris filiꝰ
qui ſui patris nō interfuit capcioni pro recuperacione ipſiꝰ multa
cōmiſiſſet in bello tñ eo die propter ſuꝑuenientis noctis tenebras
prelium eſt dimiſſum.

De ſexto bello. xl.

S Equētis igit̄ diei aurora ſurgente ſolis ſplendore circū
quaqꝫ diffuſo vtriuſqꝫ partis aciebꝰ in campū egreſſis
bellū letale cōmittit̄ et tota die vſqꝫ ad noctis tenebras
eſt pugnatū. Multi fuerūt eo die interfecti de grecis ſed pocius
de troianis. Nam grecis tūc melior pars ſucceſſit belli ſed illiꝰ
diei ſuꝑueniente nocte nō fuit amplius preliatū. Sequenti vero
die greci dyomedem et vlixem ad regem priamum tranſmiſere
legatos vt treuga firmata trium menſium per regem priamū
induce largirentur. Hijs autē legatis obuiauit dolon quidam
miles ſatis diues et nobilis et oriundus de ciuitate troiana qui
legatis ipſis obuians et eos cōmeans regis priami conſpectui
preſentauit. Legati vero legacionis ſue cauſam regi priamo ſin
ceriter explicarūt rege tunc priamo ad menſam diuerſis repletā
cibarijs exiſtente in ſuorum et numerabiliū nobilium comitiua

Sed et rex priamus reſpondit eis in multa vrbanitate verboꝝ
ſe ſtatim exinde conſilium habiturum. Et confeſtim ſuis conſili
arijs conuocatis omnes in dandis predictis inducijs cōuenerūt
excepto hectore qui de indulgendis eiſdem omnino diſſenſit aſſe
rens grecos ex dolo et aſtucia petere predictas inducias ſumpta
occaſione fallaci quod velint. ſ. eorum mortuos interim ſepelire
cum ipſi victualibus careant et pro acquirendis eiſdem cōmodā
interim habeāt facultatem et nos interim noſtra victualia cōſu
menius que tantum nobis neceſſaria pro ſuſtinēda tanta gēte
in hac ciuitate nobiſcum incluſa prorſus exiſtant. Sed exquo
omnibus fuit acceptum hector voluit tantorum in idem concur
rencia conſilia refutare. Quilibet enim diſcretus interpellatus
ad conſilium inter multos licet omnes in vnam concurrant ſen
tenciam ſi ſibi aliud videatur non propterea conſenſus omnium
debet inducere ſilencium ori ſuo quin ipſe dicat quod ſibi videt̄
cum multociens contigerit et contingat ꝙ vnius ſentencia eciā
minoris multos ſapienciores ad ſentenciam ſuam trahat vtpote
cōſilij ſanioris quāuis ſemper aut frequēter obtineat ꝙ multoꝝ
ſentencia ſoleat preualere licet alius ſalubrius et melius cōſiliū
ſubminiſtret et ideo hector a dato tunc ab omnibus conſilio nō
diſceſſit licet ſibi aliud inde videret̄ vitans velle tantoꝝ iudiciū
reuocare conſilium. Quare trium menſium inducie ſunt cōceſſe
Quod tam omnibus grecis ꝙ̄ troianis pugnantibus gratum
extitit vt infra tempus induciarum ipſarum a bello quieſcerēt
et durante treugua predicta in cōmutacionem vnius pro altero
rex thoas a troianis et antenor liberatur a grecis. Calcas autē
troianorū antiſtes qui mandātibus dijs relictis troianis grecis
adheſerat quandam filiam ſuam habebat multe pulcritudinis
et morum venuſtate conſpicuam que briſeida cōi nomine voca
batur. Hic calcas pro predicta filia ſua briſeida regem agame
nonem et alios grecorum reges ſollicite deprecatur vt predictam
filiam ſuam a rege priamo ſi placet expoſcant vt eam reſtituat
patri ſuo. Qui eidem regi priamo preces plurimas obtulerunt
ſed troiani contra calcam antiſtitē multum inpugnāt aſſerētes

eum eſſe nequiſſimū proditorem et ideo morte dignū. Sed rex
priamus ad peticionem grecorum inter cōmutacionē antenoris
et regis thoas briſeidam grecis voluntarie relaxauit. Treuga
igitur durante hector ad grecorum caſtra ſe contulit quem achil
les libenter inſpicit cum nūꝙ̄ viderit eum inermē et in eius ten
torio hector in ſuorum multorum nobilium comitiua achille pe
tente deſcendit. Dum īter ſe de aliquibus multa cōferrent achil
les hectori dixit hec verba. Hector hector gratū eſt michi ꝙ video
te inermē pro eo ꝙ ſine armis nūquā potui te videre ſed gracias
michi eſſet ſi de manu mea mortē feſtinanter ſubires ſicut opto.
Ego enim in tua virtute bellandi ſenſi tuarum virium potenciā
multam cum eam ſenſerim in mei effuſione cruoris et in graui
bus ictibus enſis tui. Et licet de hoc animus meus ſepius anxi
etur maiori tn̄ anxietate concutitur de eo ꝙ patroclum intimū
michi morti tradideris quem non minus me ſinceriter diligabā
Separaſti me ab eo quē michi vera dilectio indiſſolubilis affec
tionis vinculo copulauit. Sed tu pro certo teneas ꝙ āteꝙ̄ ān⁹
elabitur mors patrocli acerbe vindicabitur ī te ipſo. Nā neceſſe
eſt vt de manu mea crudeliter moriaris et eo pocius ꝙ ego pro
certo cognoſco te in necem meam totaliter aſpirare. Cui hector
in hec verba reſpondit. Domine achilles ſi in tuā mortē anhelo
et te odio habeo in toto corde meo nō iniuſte miraris cum te ſcire
credam ex iuſticia non poſſe procedere vt eū diligere debeam qui
me proſequitur odio capitali et qui in terram meā meos et me
in tante guerre ſtrepitu inpugnare preſumpſit. Ex guerra enī
amor ꝓcedere nūꝙ̄ poteſt nec ex odio dilectiocaritatis. Amor enī
ex dulci aīoꝝ cōueniēcia ducit originē et ex odio ꝓcedit hoſtilitas
cui⁹ ꝑ̄cipue mater ē guerra. Sane volo te ſcire ꝙ me tua v̄ba nō
terrent īmo ſi hinc ad duos ānos vita comite vigeat enſis me⁹
ſpero ꝓ certo me tm̄ ī mee virtutis potēcia ꝑ̄ualere ꝙ nō ſolū tu
ſed et oēs maiores grecoꝝ exercit⁹ qui cōtra me cōtinua bella fo
uēt manib⁹ meis amara morte crudelit̄ ſuccūbetis. Scio enī te
et oēs maiores p̄ntis grecoꝝ exercit⁹ fatuitate maxīa circūdua.
Nā tale on⁹ aſſumere p̄ſumpſiſtis ꝙ eius oppreſſi pōdere nichil

aliud quam mortis exidium incurretis. Securus enim ſum ꝙ
tu prius morte vincetis ꝙ̃ contra me enſis tuus preleat. Sed ſi
te tanta vigoris hortatur audacia vt contra me putes in viribꝰ
preualere fac ꝙ omnes reges grecoꝝ et principes in hoc ſincera
mente cōſenciant et manu teneant inconcuſſe ꝙ conſtituto bello
inter nos duos tantum ſi contingat me te poſſe deuincere ego et
parentes mei ab hoc regno et aliȷ̈s regnis noſtris perpetuo cura
bimus exulare et regna ipſa in grecorum dominio relinquemus
faciam enim vos de hoc ſufficienti cautela ſecuros per ſufficientē
numerum obſidum et deorum corpalia ſacramenta ꝙ ſi feceritis
non ſolum tibi prodeſſe poteris verum et aliȷ̈s qui per belli abſti
nenciam incurrent cum ītegritate ſalutē et ſi me te vincere forte
cōtingat fac vt vniuerſus grecoꝝ exercitus ab hac terra diſcedat
et nos ī quiete dimittat ab oī in quietudine liberatos. Achilles
autem ad verba hectoris ira totus incaluit et quaſi madefactꝰ
totus in ſui rore ſudoris bello ſe offert bellum recipit animoſus
et iuxͣ hectorem appropinquans infirmitatis ſignum gladium
ſibi offert quod hector pluſ ꝙ̃ dicā poteſt animo deſideranti recipit
Sed agamenon multorum inde loquencium audito tumultu
cum multis grecorum regibus ad achillis tentoria properauit
vbi ſtatim facta omnium maiorum congregacione grecoꝝ omēs
vnanimiter contradicunt nolentes id ratū habere ad quod achil
les ſe obtulit inconſulte. Nec enī placet eis ſe velle inſidiȷ̈s for
tune ſubicere vt ab vno milite tot regum et principum pendeat
mors et vita. Sic et troiani ex eorum parte ne id fiat expreſſo
diſſenſu recuſant excepto rege p̃amo cui tali caſui ſe ſubmittere
placet ſibi ex eo ꝙ vires et potēcīā hectoris bene nouit cui facile
nimis erat de vniꝰ tanti militis victoria gloriari. Sed quia tan
torum conſenſibus quoꝝ intererat non potuit contraire duoꝝ
belli diſſenſum cū ceteris eſt ſecut⸱s. Et ſic hector a grecis obtēta
licēcia in troiam rediȷ̈t et intrauit ī ipſam. Troilus vero poſtꝙ̃
agnouit de ſui patris procedere voluntate de briſeida relaxanda
et reſtituenda grecis quam multo amoris ardore iuueniliter dili
gebat nimio calore ductus amoris in deſideratiua virtute ignee

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

volūtatis multo dolore deprimitur et torquetur ſūditurq₃ quaſi
totus in lacrimis anxioſis ſuſpiriīs et lamētis nec ē qui ex cīcis
eius eum valeat conſolari. Briſeida vero que troilum non mino
ris amoris ardore diligere videbatur non minus in voces queru
las prodiīt ſuos dolores cum tota ſit fluuialibus lacrimis made
facta ſic ꝙ continuis aquoſis ymbribus ab oculorum ſuorū fōte
ſtillātibus. Veſtes ſuas et faciem aſperſit ita ꝙ veſtes eius tāto
erant lacrimarum perfuſe liquore vt ſi premētis alicuius mani
bus ſtringerent et aquarum multitudinē effunderēt in ſtrictura
Vnguibus eciam ſuis ſua tenerrima ora dilacerabat et aureos
crines ſuos a lege ligaminis abſolutos a lactea ſui capitis cute
diuellit et dum rigidis vnguibus ſuas maxillas exarat rubeo
cruore pertinctas lacerata lilia laceratis roſis īmiſceri ſimilitudi
narie videbantur. Que dum queritur de ſua ſeparacione a dilecto
ſuo troilo ſepius inter moritur inter brachia eam volenciū ſuſti
nere dicēs ſe malle mortem appetere quam vita potiri ex quo eā
ab eo ſeparari neceſſe eſt a cuius vita ſue vite ſolacia dependebāt
Noctis igitur superueniente caligine troilus ſe contulit ad bri
ſeidam eam flebilibus monet in lacrimis vt a tanto ſe debeat
temperare dolore. Et dum ſic eam conſolari troilus anhelat bri
ſeida inter brachia troili labitur ſepius ſemiuiua. Quam inter
dulcia baſia lacrimis irrorata flebilibus ad vires ſui ſenſus ea
nocte reducere eſt conatus. Sed diei hora quaſi ſuperueniente
vicina troilus a briſeida in multis anxietatibus et doloribꝰ diſ
ceſſit et ea relicta ad ſui palaciī regimīa propauit. Sed o troile
que te tā iuuenilis errare coegit credulitas vt briſeide lacrimis
crederes deceptiuis et eiꝰ blādiciīs. Sane omnibꝰ mulieribus ē
inſinitū a natura vt in eis nō ſit aliqua firma cōſtācia quaꝝ ſi
vnus oculꝰ lacrimatᷣ ridet eiꝰ aliꝰ oculus extranſuerſo quaꝝ mu
tabilitas et varietas eas ad illudēdos viros ſemꝑ induat et cū
magis amoris viris oſtendūt ſtatī ſollicitate per aliū amorē ſui
demonſtrantes variant et cōmutant repente inſtabilē. Et ſi forte
nullꝰ ſollicitator eaꝝ appareat ipſum ipſe dum incedunt vel dū
vagantur ſepius in feneſtris vel dū recedent in plateis furtiuis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
171 D 32 [1]

aſpectibus clandeſtine ſibi querunt. Nulla ſpes eſt reuera tam
fallax quā ea que reſidet in mulieribꝰ et procedit ab eis. Vnde
fatuus ille iuuenis merito cenſeri poteſt et multo forcius etate
prouectus qui in mulieꝝ blandicijs fidem gerit et eaꝝ demōſtra
cionibus ſic fallacibus ſe cōmittit. Briſeida igitur de mandato
regis priami in magno apparatu ſe attingit ad iter quā troilus
et multi alij nobiles de troianis per magnum vie ſpacium cōme
ciunt. Sed grecis aduenientibus ad recipiendū eādem troilus
et troiani redeunt et greci eam in ſua recipiunt cōmeatu. Inter
quos dum eſſet diomedes et illam diomedes inſpexiſſet in flāmā
ſtatim venerij ardoris exarſit et eā vehementi deſiderio cōcupiuit.
Qui cum collateralis aſſociādo briſeidā cū ea inſimul equitaret
ſui ardoris flāmā continere non valens briſeide reuelat ſui eſtu
antis cordis amorem quam in multis affectuoſis ſermonibꝰ et
blandicijs necnō ꝓmiſſionibus reuera magnificis allicere ſatis
humiliter eſt conatus. Sed briſeida in ipſis primis motibus vt
mulierum ē moris ſuum preſtare recuſauit aſſenſum nec tamē
paſſa eſt quin poſt multa diomedis verba ipſum nolens a ſpe
ſua deicere verbis humilibus dixit ei. Amoris tui oblacionis ad
preſens nec repudio nec admitto cum cor meum nūc non ſit ita
diſpoſitū ꝙ tibi poſſim aliter reſpōdere. Ad cuiꝰ verba diomedes
ſatis factus eſt hylaris cum ex eis preſenſerit de ſpe gerenda in
eam ſe non eſſe priuatum in totum. Quare aſſociauit eam vſqꝫ
ad locum quo briſeida reciꝑe ſe debebat et ea ꝑueniente ibidem
ipſe eā ab equo deſcendēs ꝓmptus adiuit et vnā de cirotecis quā
briſeida gerebat in manu ab ea nullo ꝑcipiēte furtiue ſubtraxit
Sed cum ipſa ſola ꝑſenſerit placidū furtū diſſimnlauit amātis.
Tunc antiſtes calcas in filie occurſum aduenit et eam in vultu
et animo ſatis hylari in tentoriū ſuū recepit. Et dyomedes licet
amore briſeide nimiū fluctuaret tamē amor et ſpes eū ī multo
labore ſui cordis impugnāt. Briſeida vero ſola exiſtens cum an
tiſtite patre ſuo ipſum duris verbis aggreditur in multitudine
lacrimaꝝ dicens ei. Quomō pater cariſſime infatuatus extitit
ſenſus tuus qui tanta vigere ſapiēcia cōſueuit vt tu qui tantū

inter troianos magnificatus extiteras et elatus cū fuiſſes factus
eoꝝ tamq̄ dn̄s et ſolus eoꝝ in omnibꝰ gubernator qui tantis
inter eos diuicijs habūdabas tātaꝝ poſſeſſionū multiplicacione
ſuffultus et eoꝝ nūc factus es ꝓditor et tuā negaſti patriā cuiꝰ
eſſe defenſor in omnibꝰ debuiſti et nūc elegiſti meliꝰ tibi placere
abiurando patriā in pauꝑtate et exilio viuere et ſpecialiter īter
capitales tue pn̄e īmicos qui ad delendū tuos et tuā patriā ſic
hoſtiliter acceſſerūt? O q̄ꝑta inter hoīes pudoris labe cōfunderis
qui tā glorioſe a tuis conſueueras honorari. Nūquā tanta de de
coris a te detergetur infamia quanta es viſcoſe turpitudīs igno
minia denigratus an putas et ſi inter viuos vituꝑatꝰ exiſtis qui
eciā poſt mortē tuā apud inferos ob tante prodicionis culpā nō
lugeas penas dignas? Melius ergo tibi eſſet et eciā nobis tuis
in aliquem locum ſolitudinis et deſerti vel in nemoribus deuijs
vel in aliqua inſula longe ab incolis ducere vitam noſtrā quā
īter homines tāta labe nigreſcere diffamati an putas q̄ greci
reputent te fidelem qui es tue patrie publicus infidelis? Sane
deceperunt te appollinis falſa reſponſa a quo te dicis ſuſcepiſſe
mandatum vt tuos paternos lares deſerens et tuos in tanta
acerbitate peierares et vt ſic tuis ſpecialiter hoſtibꝰ adhereres
Sane non fuit ille deus apollo ſed pocius puto fuit comitiua ī
fernalium furiaꝝ a quibus reſponſa talia ſuſcepiſti. Ad hec bri
ſeida multis deuicta ſingultibus lacrimaꝝ ſuo flebili colloquio
finē facit. Cui calcas ſub quadā verborū breuitate rn̄dit. Dixit
enī ei. Ha dulcis filia an tutū eſſe reputas an ſecurū iuſſa deoꝝ
ſpernere et ſpecialit̄ ea non ſequi in quibus poſſumꝰ cū integri
tate ſaluari. Scio enī ꝓ certo ꝑ infallibiliū ꝓmiſſa deoꝝ in pre
ſentē guerrā ꝓtendi nō poſſe tempe diuturno et q̄ ciuitas troie
breui tp̄e nō deſtruat̄ et cruat deſtructis eiꝰ omībꝰ nobilibꝰ et vni
uerſis plebeis eiꝰ ī ore gladij trucidatis. Quare kariſſima filia
ſatis ē meliꝰ nobis hic eſſe quā hoſtili gladio ſeuiente perire. In
aduentu igitur briſeide grecis placuit vniuerſis ipſius briſeide
tam formoſus aſpectus cum ad eiꝰ tam placidam viſionē omēs
maiores grecoꝝ exercitus acceſſiſſent querētes ab ea de troiana

ciuitate rumores et eius ciuium continencia necnō et regis eorꝫ quos briſeida in multa verborum facūdia pandit illis. Quare omnes maiores ipſam ī filiali affectione recipiūt promittentes ei eam habere caram vt filiam et ipſam in omnibus honorare. Et eis ab ea recedentibus multis donis et muneribus replent eam. Nondum illa dies ad horas declinauerat veſpertinas cū iam briſeida ſuas recenter mutauerat volūtates et vetera propoſita ſui cordis et iam magis ſibi ſuccedit ad votum eſſe cum grecis ꝙ fuiſſe hactenus cum troianis. Jam nobilis troili amor cepit in ſua mēte tepeſcere et tā breui hora ſic repēte ſit ſubito facta volubilis cepat in omnibus variari. Quid eſt ergo quod dicatur de conſtancia mulierum quarum ſexus proprium in ſe habet vt repentina fragilitate earum propoſita diſſoluantur et hora breuiſſima mutabiliter variantur. Non enim cadit in hoīe varietates et dolos earum poſſe deſcribere cū magis ꝙ dici poſſint ſunt earum volubilia propoſita nequiora.

De ſeptimo bello. xlj.

Poſt igitur trium menſium emerſas inducias adueniēte die ſequenti troiani accinguntur ad bellū et ordinatis troianorum per hectorem aciebus ipſe hector cū acieb9 ipſis ad bellum primus exiuit ducens ſecum quindecim milia militum quos ſue deputauit tantummodo aciei quem cum alijs decē milibus militū et troilus illico inſecutus eſt. Deinde paris ciuitatem egreditur exiſtentibus ſecum pugnantibus viris in arcubus et ſagittis illis de pſia trium milium numero in equis fortibus et bene munitis. Deinde deyphebus ad bellum exit cum alijs tribus milibus pugnatorum. Deinde eneas cū alijs ceteris paratis ad pugnam qui omnes fuerunt tunc ex pte troianorum centum milia militum ſtrēnuorꝫ in multa virtute bellandi ꝑut dares in codice ſuo ſcripſit. Ex pte vero grecorꝫ acceſſit ad bellū rex menelaus primus cum ſeptem milibus pugnatorū. Deinde proxime cum totidem diomedes deinde achilles cū totidem deinde

rex antipus in trium milium militum comitiua deinde rex aga
menon cum multitudine magna nimis pugnatorū. De grecis
autem rex philis cū acie ſua primus troianos aggreditur. Cū
ſtatim hector venit obuius incuntanter quem ſic potenter in ſue
lancee percuſſit in ictu ꝙ ipſum mortuum proſtrauit ab equo.
